



# **Aristotelis de somno et vigilia liber**

<https://hdl.handle.net/1874/363142>

A. qu. 192, 1943. (quarta. pondif.)

# ARISTOTELIS

DE SOMNO ET VIGILIA LIBER  
ADIECTIS  
VETERIBVS TRANSLATIONIBVS  
ET  
THEODORI METOCHITAE COMMENTARIO

H. J. DROSSAART LULOFS

echt

A. qu.  
192





ARISTOTELIS  
DE SOMNO ET VIGILIA LIBER  
ADIECTIS  
VETERIBVS TRANSLATIONIBVS  
ET  
THEODORI METOCHITAE COMMENTARIO



ARISTOTELIS  
DE SOMNO ET VIGILIA LIBER  
ADIECTIS  
VETERIBVS TRANSLATIONIBVS  
ET  
THEODORI METOCHITAE COMMENTARIO

---

PROEFSCHRIFT TER VERKRIJGING VAN DEN  
GRAAD VAN DOCTOR IN DE LETTEREN EN  
WIJSBEGEERTE AAN DE RIJKSUNIVERSITEIT  
TE UTRECHT, OP GEZAG VAN DEN RECTOR  
MAGNIFICUS L. VAN VUUREN, HOOGLEERAAR  
IN DE FACULTEIT DER LETTEREN EN  
WIJSBEGEERTE, VOLGENS BESLUIT VAN  
DEN SENAAAT DER UNIVERSITEIT TEGEN  
DE BEDENKINGEN VAN DE FACULTEIT  
DER LETTEREN EN WIJSBEGEERTE TE  
VERDEDIGEN OP VRIJDAG 23 JULI 1943,  
DES NAMIDDAGS TE 2 UUR

DOOR

HENDRIK JOAN DROSSAART LULOFS,  
GEBOREN TE AMERSFOORT



BURGERSDIJK & NIERMANS — TEMPLUM SALOMONIS — 1943

RIJKSUNIVERSITEIT TE UTRECHT



2300 342 3





*Dit proefschrift is ter perse gegaan den 28<sup>sten</sup> Mei 1943*  
*Promotor: C. W. Vollgraff*

*AAN MIJN OUDERS*  
*AAN MIJN VROUW*



*Gratias quam maximas habeo viro doctissimo Ludovico Bertalot, Bibliothecae Apostolicae Vaticanae adiuncto, qui excerpta codicum, qui in bibliothecis Italicis asservantur, arte phototypa in usum meum reddenda benigne curavit, nonnulla propria manu descripsit, omni denique modo studiis meis profuit. Eodem modo et viri doctissimi V. Tourneur Bruxellensis et I. Hollnsteiner Florianensis beneficiis suis se mihi obligaverunt.*

*Bibliothecae, imprimis Vaticana, Marciana, Laurentiana, tum Nationalis Hagensis Bumanaque Leovardensis ceteraeque et nostrates et exterae, quantum mihi profuerint grato semper recordabor animo.*

*Multum deinde debeo comitati Ilsaë Boon, iur. mag., Elfriedae Hulshoff Pol, in Bibliotheca Academiae Lugd. Bat. adiutricis, viri doctissimi G. J. Hoogewerff, Instituto Historico Neerlandico, quod Romae est, praefecti, qui me saepe adiuvaverunt, benevolentiaeque virorum clarissimorum Fr. Pietrabissa (Roma), G. Ottochian, W. P. H. van Oorschot (Hagae Com.) qui in hac temporum difficultate plus semel codicum imagines lucis ope depictas Roma ad nos perferendi copiam dederunt.*

*Semper memor ero beneficii viri doctissimi J. W. Ph. Borleffs, Hagensis, qui omnia quae conscripsi mecum perlegit multisque modis mihi profuit.*

*Uxori quid debeam verbis exprimi non potest.*



## PRAEFATIO

1. Ut aliorum quoque Aristotelis scriptorum sic Parvorum, quae feruntur, Naturalium, duae recensiones iam antiquitus vulgatae esse videntur, quarum altera (II) codicibus Bekkerianis EY, altera (Φ) LSU continetur. M, quem codicem Freudenthal<sup>1)</sup>, Biehl<sup>2)</sup>, Wendland<sup>3)</sup>, Mugnier<sup>4)</sup> priori familiae tribuunt, tam saepe cum alterius recensione libris conspirat, vel ab utraque dissentit, ut eum neutri assignaverim.

Qui postremus Parva Naturalia edidit, Guilelmus Biehl, commentaria quidem graeca et veterem translationem adhibuit, sed quas in apparatu posuit lectiones plerumque fide carent. Nam quod ad Michaelem pertinet: ipsius commentatoris verba semper fere neglexit, pravis Aldinae lemmatis nimium tribuit<sup>5)</sup>. Sophoniae paraphrasis, quam Themistio asseripsit<sup>6)</sup>, ex editione quam Spengel<sup>7)</sup> anno 1866 ediderat, ei erat nota. Vetus denique translatio, de qua infra agemus, illo tempore ignota erat; auctor novae translationis usus est editione Iuntina, cui fides haberi non potest. Itaque ad textum constituendum commentaria et versiones denuo contuli.

Michaelis Ephesii commentarium et Sophoniae (olim Themistii) paraphrasis in Parva Naturalia anno 1903 consilio et auctoritate Academiae Litterarum Regiae Borussiae a Paulo Wendland maxima cura et diligentia edita sunt. Compendium Gennadii Scholarii anno 1936 M. Jugie in lucem dedit<sup>8)</sup>. Compendium Georgii Pachymeri me non nosse nisi ex Philippi Becchii translatione<sup>9)</sup> magnopere doleo. Theodori denique Metochitae paraphrasin primus edidi.

<sup>1)</sup> J. Freudenthal Zur Kritik u. Exegese von Aristoteles'... Parva Naturalia in Mus. Rhen. 1869 pp. 87 sqq. <sup>2)</sup> Arist. Parva Nat. recogn. G. Biehl Lipsiae 1898 pp. VII sq., XI sq. <sup>3)</sup> Festschrift für Theod. Gomperz 1902 pp. 173 sqq. <sup>4)</sup> „Les Mss. des Parva Nat. d'Aristote", Mélanges Desrousseaux Paris 1937 pp. 327—333. <sup>5)</sup> Wendland Festschr. f. Gomperz pp. 182 sq., Id. C.A.G. XXII 1 pp. VI sq. <sup>6)</sup> Freudenthal op. cit. (1869) pp. 89 sqq. Sed G. A. Becker Ar. De Somno et Vigilia Lips. 1823 p. XVIII et Val. Rose Über eine angebliche Paraphrase des Themistius, Hermes II (1867) p. 213 hanc paraphrasin Sophoniae tribuerant, quam coniecturam Wendland postea comprobavit C.A.G. V 6, p. X. <sup>7)</sup> Editio hoc viro, de Aristotele bene merito indigna, quippe quae editione Aldina tota nitatur. Cf. Wendland C.A.G. V 6 p. XIII. <sup>8)</sup> Oeuvres complètes de Gennade Scholarios publiées pour la première fois par † Mgr. Louis Petit, † X. A. Sideridès, M. Jugie. Tome VII pp. 457—459, Paris 1936. <sup>9)</sup> Georgii Pachymeri Hieromnemonis in universam fere Aristotelis philosophiae epitome... e graeca in latinum sermonum... conversa a D. Philippo Becchio, Basiliae 1560. De eius versionis fide vide F. Littig Die Philosophie des Georg. Pachym. Progr. d. Maximilians gymn. München 1891 pp. 90 sq.

Versiones antiquas, et veterem et novam, adieci, ceteram multitudinem versionum latinarum afferre nolui<sup>1)</sup>.

Traditionem Arabicam conferre non potui<sup>2)</sup>.

## 2. De codicibus graecis

Quinquaginta codices graecos, quibus Parva Naturalia continentur R. Mugnier (qui mox auspiciis societatis cui nomen est „Société d'Édition Les Belles Lettres” haec opuscula prelo dabit) enumeravit<sup>3)</sup>. Quorum magnam partem propter huius temporis iniquitatem inspicere non potui. Nam Parisino Bibl. Nat. 1853 (E) excepto, quem codicem celeberrimum post Immanuel Bekker et Bussemaker et Biehl maxima cura excuserunt, omnium codicum quos Bekker adhibuit (YMLSU) imagines lucis ope depictas contuli, praeter quas duorum tantum codicum imagines conferre potui, qui sunt Vat. gr. 266 (V) et Vat. gr. 258 (N).

Itaque codices graeci, quos adhibui, hi sunt:

### a) Prioris familiae (Π):

E = Parisinus Bibl. Nat. gr. 1853, membranaceus, saec. X, ff. 212<sup>v</sup>—221<sup>r</sup>. Descripserunt hunc codicem et alii et F. H. Fobes Aristotelis Meteorologicorum libri IV, Cantabrigiae Massachusettensium 1919 pp. XXV sq.

V = Vaticanus gr. 266, membranaceus, saec. XIV, ff. 50<sup>v</sup>—55<sup>r</sup>. Descripserunt I. Mercati et F. de' Cavalieri Codices Vaticani Graeci I (1923) pp. 347—350.

Y = Vaticanus gr. 261, chartaceus, saec. XIII—XIV, ff. 116<sup>v</sup>—123<sup>r</sup>. Descripserunt Id. pp. 342—3.

### b) Alterius familiae (Φ):

L = Vaticanus gr. 253, chartaceus, saec. XIV, ff. 189<sup>v</sup>—196<sup>r</sup>. Descripserunt Id. pp. 330—1.

N = Vaticanus gr. 258, chartaceus, saec. XIV, p. I<sup>a</sup> ff. 42<sup>r</sup>—48<sup>v</sup>. Descripserunt Id. pp. 338—340, Fobes pp. XXXI sq.

S = Laurentianus gr. 81.1, bombycinus, saec. XII—XIII, ff. 124<sup>r</sup>—126<sup>r</sup>. Descripsit Fobes p. XXXV.

U = Vaticanus gr. 260, membranaceus, saec. XIII<sup>4)</sup>, ff. 177<sup>v</sup>—184<sup>r</sup>. Descripserunt Mercati-de' Cavalieri pp. 340—1.

### c) Codices contaminati

M = Urbinas gr. 37, bombycinus, saec. XIV, ff. 92<sup>r</sup>—95<sup>v</sup>. Descripserunt C. Stornajolo Codd. Urb. Graeci, Romae 1895 pp. 43—5, Fobes p. XXXIV.

— Vaticanus gr. 2183, saec. XV<sup>1</sup>. Hunc codicem (quem Mugnier non affert)

<sup>1)</sup> Fusius egit de hac re Freudenthal op. cit. pp. 91 sqq. <sup>2)</sup> Cf. M. Steinschneider Die Parva Naturalia bei den Arabern Zeitschr. d. Deutsch. Morgenl. Gesellschaft XXXVII (1883) pp. 477—492 et XLV (1891) pp. 447—453; P. M. Bouyges Notes sur les philosophes arabes connus des latins au Moyen-Age V Inventaire des textes arabes d'Averroes, Mélanges de l'Université Saint Joseph, Beyrouth VIII 1 (1922) pp. 1—54; Aristoteles Latinus I, Codices descripti. G. Lacombe, A. Birkenmajer, M. Dulong, Aet. Franceschini Roma 1939 pp. 19, 107, 223 sq. <sup>3)</sup> Les Manuscrits des Parva Naturalia d'Aristote, in Mélanges Desrousseaux, Paris 1937 pp. 327—333. Cod. Vat. gr. 266 (V), qui codici Y cognatus est, errore alteri familiae (Φ) tribuit. Vat. gr. 2183, Saec. XV<sup>1</sup>, de quo vide infra, non affert. <sup>4)</sup> Saec. XI sec. Mercati-de' Cavalieri p. 340.

duabus paginis collatis (118<sup>v</sup>—119<sup>r</sup>, quibus finis libelli *De memoria* — 453b9—10 — initiumque *De somno* usque ad 454b31 τοῦς δὲ continetur), ut contaminatum reieci.

### 3. *De versionibus latinis*

Postquam Clemens Baeumker anno 1913 Alfredi Anglici *De motu cordis* librum examinavit <sup>1)</sup>, suspicatusque est versionem graecolatinam libri *De somno et vigilia* iam ante annum 1215 notam fuisse, viri huius rei peritissimi eius coniecturam non solum probaverunt, verum aliorum quoque Aristotelis operum plurimas versiones invenerunt. Distinxerunt duas versiones M. Grabmann, F. Pelster S.J., A. Birkenmajer <sup>2)</sup>. Egregie hac de re disputavit Georgius Lacombe <sup>3)</sup>, qui insuper demonstravit translationem vetustiore, quae in codice Florianensi XI 649 exstat, qui codex circa annum 1175 scriptus sit, paulo post medium saeculum XII factam esse <sup>4)</sup>. Itaque, cum A. Birkenmajer existimavisset hanc translationem circa annum 1175 confectam esse, Lacombe effecit eam ante annum 1160 esse conscriptam <sup>5)</sup>. Versionis auctor adhuc ignotus est.

Versionem alteram ante annum 1284 factam esse constat: continetur enim cod. Vat. lat. 2083, qui eo anno exaratus est <sup>6)</sup>. Haec nova, quae a Guillelmo de Moerbeka translatio confecta videtur, antiquioris translationis recensio est. Lacombe enim „auctor omnium (sc. Parv. Nat.), inquit, est sine dubio Guillelmus de Moerbeka, quod patet ex natura variarum lectionum quibus haec recognitiones ab antiquis translationibus differunt” <sup>7)</sup>. Quod tamen facile demonstrari non posse cuilibet apertum erit. Rationem enim vertendi Guillelmi satis examinatum nondum esse monet R. Klibansky <sup>8)</sup>: signa certa, ex quibus appareat versionem aliquam Guillelmi esse, nondum existere. Contra F. Pelster S.J., harum rerum peritissimus, semel atque iterum <sup>9)</sup> aliquot particulas et voces usitatissimas indicavit, quas Guillelmus semper eundem in modum vertit <sup>10)</sup>. Nam cum, ut exemplum afferam, Henricus

<sup>1)</sup> Clemens Baeumker *Die Stellung des Alfred von Sareshel (Alfredus Anglicus) und seiner Schrift „De motu cordis“ in der Wissenschaft des beginnenden XIII. Jhrds.*, S.B. München 1913 IX p. 40 sqq. Idem, *Zur Rezeption des Aristoteles im lateinischen M.A.*, *Philos. Jahrb.* 1914 pp. 480—1. <sup>2)</sup> M. Grabmann *Forschungen über lateinische Aristotelesübersetzungen des XIII. Jhrds.* (Beiträge zur Geschichte der Philosophie des M.A. XVII 5—6, München 1916 pp. 199 sq.). A. Birkenmajer in *Ueberweg-Geyer Geschichte der patristischen und scholastischen Philosophie*, Berlin 1928 p. 348. F. Pelster S.J. *Stimmen der Zeit* XCIV (1918) 426; Idem, *Scholastik* VII (1932) p. 447. <sup>3)</sup> G. Lacombe *The mediaeval Latin Versions of the Parva Naturalia, The New Scholasticism* V (1931) pp. 289—314 (vide recensionem criticam quam F. Pelster S.J. scripsit in *Scholastik* VII 1932, p. 447). Idem, *Alfredus Anglicus in Meteora* (Beiträge Suppl. III 1 p. 643). Idem, *Aristoteles Latinus* I 1939 Proleg. p. 19; Praef. pp. 59—61. <sup>4)</sup> Idem, *Arist. Lat.* p. 58. <sup>5)</sup> *Arist. Lat.* p. 19. <sup>6)</sup> *Ibid.* p. 49 n. 1. <sup>7)</sup> *Ibid.* p. 59. Maiore cum dubitatione idem Lacombe in *The New Scholasticism* V (1931) p. 291 affirmaverat: „This recension was probably the work of William Moerbeke”. <sup>8)</sup> R. Klibansky, *Ein Proklosfund und seine Bedeutung* S. B. Heidelberg 1928/9 V p. 32: „Die bisherig vorliegenden Untersuchungen der Sprache Wilhelms entgehen dem Fehler nicht, Worte und Formen, die sich schon bei den Übersetzern des XII. Jahrhunderts oder auch bei den Spätern finden als Eigentümlichkeiten Wilhelms zu betrachten”. <sup>9)</sup> Die griech.-lat. Metaphysikübersetzungen des M.A. *Beitr. z. Gesch. d. Philos. d. M.A. Suppl. II* 1923 p. 110; *Theolog. Revue* XXIX 1930 pp. 117—8; *Gregorianum* XIV 1933 p. 472—3. De methodo adhibenda fusius egit in „*Forschungen zur Quästionen-literatur in der Zeit des Alexander von Hales*”, *Scholastik* VI 1931 pp. 321 sqq., imprimis pp. 325—328. Cf. *Aristoteles Latinus* p. 84. <sup>10)</sup> Pelster *Beitr. Suppl. II* p. 110: „Wir besitzen eine Reihe von Übersetzungen, die zweifellos ein Werk des Wilhelm von Moerbeke sind... Diese echten Übersetzungen sind nun im Gegensatz zu den älteren Übertragungen dadurch gekennzeichnet, dass Wilhelm in seinem Text für bestimmte griechische Partikeln und Wörter mit verschwindend geringen Ausnahmen stets die gleichen Worte verwendet. Ich habe aus dem Autograph (Ottob. 1850) und der Politikübersetzung [grössere Auszüge angefertigt und bei andern Schriften Proben gemacht, die stets das gleiche Ergebnis lieferten.”



Aristippus tredecim modis vocem δὲ latine reddat, novem modis γάρ, <sup>1)</sup> Guillelmus nonnisi vocibus *autem* et *enim* uti solet. Sed summa cautione opus est. Guillelmus enim festinanter atque negligentem nonnumquam veteres versiones recensuit, nam etsi singulorum vocabulorum interpretamenta priora a consuetudine eius differunt, ea saepe non mutat, et ne aperta quidem menda corrigit. Hic illic tantum alias voces, quas magis in deliciis habet, substituit <sup>2)</sup>. Usus deinde verborum ipsius Guillelmi non semper sibi constat: differunt inter se versiones librorum De animalibus et Politicorum vel operum Archimedis <sup>3)</sup>. Sed cum certam simplicitatem affectet, singulaque vocabula graeca singulis vel binis verbis latine reddat, magis morem illius saeculi sequi videtur, nam eadem ratione et Bartholomaeus de Messana in Physionomiae versione <sup>4)</sup> usus est.

Sunt denique quaedam voces quae ab omnibus interpretibus semper adhibentur <sup>5)</sup>, sunt quae certo quodam tempore subito apparent, vel quae paulatim evanescent et ab aliis substituuntur. Itaque unum alterumve ex eis vocabulis, quae F. Pelster S.J. enumeravit, apud alios quoque auctores saepe vel semper inveniri potest. Sed particulae et ceterae voces, quas infra recensebimus, eodem semper modo conversae indicant auctorem esse Guillelmum a Moerbeka <sup>6)</sup>.

Quod ut demonstrem omnium illarum particularum exempla subiungam. Ordinem, quem Pelster dedit, retinui <sup>7)</sup>; versiones quoque ineditas opusculorum De insomniis et De divinatione p. s. plerumque adhibui. Comparationis causa et aliorum operum versiones excerpseri, quarum quinas fere paginas editionis Bekkerianae contuli. Numeri uncis inclusi indicant quot locis eae particulae inveniuntur <sup>8)</sup>.

Usus sum his editionibus: a) Versiones Moerbekianae: Politica: F. Susemihl Arist. Politicorum II. VIII c. vetusta transl. G. de Moerbeka Lips. 1872 (II). Rhetorica: L. Spengel Ars Rhetorica c. adnot.; accedit vet. trl. lat. Lips. 1867 (P), quam editionem nonnisi raro adhibui. Nam non modo editio haec satis neglegenter curata est, sed ea quam reddit versio Moerbekiana ab exemplo vetustiore pendere videtur (cf. K. Horna Beiträge zur Überlieferung der Ar. Rhet., Wiener Studien LI 1933, p. 31). Historia Animalium: G. Rudberg Textstudien zur Tiergesch. des Ar. Uppsala 1908 (quibus adiecta est editio libri primi: Ζα). Translationem librorum De gen. anim., a Leonardo

<sup>1)</sup> F. H. Fobes Mediaeval Versions of Aristotle's Meteorology, Classical Philology X (1915) p. 302.  
<sup>2)</sup> Pelster l. l. p. 108 „Sehr oft, ja in den meisten Fällen lässt der Redaktor die Partikeln und andere feste Ausdrücke der Vorlage unberührt. Wenn er aber ändert, so setzt er, nach zahlreichen Proben zu schliessen, ein ganz bestimmtes Wort ein.“ <sup>3)</sup> Vide L. Dittmeyer in Bayer. Blätter LXIX (1933) p. 167 et cf. Pelster Theol. Revue 1930 p. 117, infra laud. <sup>4)</sup> Versiones enim Physionomiae et Problematum eiusdem auctoris valde inter se differunt. <sup>5)</sup> quaedam iam inde a Boethio inveniuntur, e.g. ἄτοπον *inconueniens*; διορίζειν *determinare*; ἐνδέχασθαι *contingere*; ἔτι *amplius*; πεζόν *gressibile* etc.  
<sup>6)</sup> Vide Pelster Theol. Rev. 1930 p. 117: „Nur ist hier zu berücksichtigen dass sich bei einzelnen Partikeln im Laufe der Zeit ein Wandel im Gebrauch der entsprechenden lateinischen Wörter geltend macht und ebenso, dass im Anfang der Gebrauch noch etwas schwankend ist. Aber die Summe als Ganzes genommen bleibt durchaus konstant. Endlich stimmen sämtliche mir zu Gesicht gekommenen Übersetzungen, die sicher anderen Verfassern angehören, wohl in der Übersetzung einzelner Partikeln mit Wilhelm überein, nicht aber in einem grösseren Teil des Komplexes der Partikeln: ebenso fehlt ihnen gewöhnlich die Konstanz bei der Übersetzung der gleichen Partikeln. Das alles beweist: dass Wilhelm mit Bedacht die Worte ausgewählt und sich feste Regeln geschaffen hat. Wo also der „Komplex“ dieser festen Übertragungen sich findet, da haben wir einen echten Moerbeke.“ Ita fit ut in libro X<sup>o</sup> H.A. ratio vertendi eas particulas multifariam concinat cum Guillelmo, tamen hic illic differat. <sup>7)</sup> Beitr. Suppl. II p. 110. Alibi (Theol. Rev. 1930 p. 117) earum particularum numerum auxit nonnullis vocabulis adiectis, quae minoris momenti esse iudico, ut ἀλλά, *sed*, ἤ, *aut*, etc. <sup>8)</sup> Interdum aliquot locos adieci quos indicibus adhibitis inveni.

Dittmeyer editam (Dillingen 1915) inspicere non potui. Alexandri De Sensu: C. Thurot Alexandre d'Aphrod. comm. sur le traité d'Arist. De sensu et sensibili, éd. av. la vieille trad. lat. (Alex. α), Notices et Extraits d. Mss. de la Bibl. Nat. XXV 2 Paris 1875. Archimedes: Neue Studien zu Arch. J. L. Heiberg. Zeitschr. f. Mathem. u. Phys. XXXIV (1890) Suppl. 1—84 (Arch.).

b) Aliorum auctorum versiones: Metaphysica: Metaphysica vetustissima ed. R. Steele in: Opera hactenus inedita Rogeri Baconi Fasc. XI Oxon. 1932 pp. 255 sqq. (\*M: asterisco opera anonyma notantur) Saec. XII, cf. Arist. Lat. p. 61, Pelster Gregorianum XVI 1935. Meteorologica, lib. IV<sup>us</sup>: F. H. Fobes Mediaeval versions of Aristotle's Meteorology, Class. Philol. X (1915) pp. 297—314 (Henrici Aristippi) μδ, ante ann. 1162, cf. Arist. Lat. p. 56). Historia Animalium, lib. X<sup>us</sup>: G. Rudberg Zum sogen. zehnten Buche des Arist. Tiergesch. Uppsala 1911 (\*Zix. versio post Guill. a nescio quo imitatore facta videtur).

c) Versiones „Manfredianae“, inter annos 1258—1266 factae: Physiognomiae: R. Foerster Script. physiogn. Gr. et Lat. I Lips. 1893 pp. 5—91. Vide R. Foerster De transl. lat. Physiognomicorum quae feruntur Aristotelis, Kiliae 1884. Interpres est Bartholomaeus de Messana (Barth. φ). Problemata: R. Seligsohn Die Übers. d. ps. arist. Probl. durch Barth. v. Mess. (lib. I) Berl. 1934 (Barth. πx). De Mundo transl. Manfrediana (\*x<sup>1</sup>).

d) Versiones has nonnisi raro adhibui: De Mundo transl. Nicolai (Nic. x<sup>2</sup>) ed. W. Lorimer The texttradition of ps. Arist. „De mundo“ together with an append. containing the text of the mediaeval latin versions. Oxf. 1924. Oeconomica lib. II<sup>us</sup>: B. A. van Groningen Aristote, Le Second Livre de l'Écon. Leyde 1933 (oβ), Rhetorica ad Alexandrum: M. Grabmann Eine lat. Übers. d. ps.-Arist. Rhet. ad Alex. aus dem 13. Jhrht. S.B. München 1931/2, IV, cf. L. Dittmeyer in Bayer. Blätter f. d. Gymnasialwesen LXIX pp. 157—165 et LXX pp. 166—172 (ρ).

ἀλλὰ μὲν: *at vero* (ap. Guill. sec. Pelster); Γ<sup>1</sup> *at vero* (1), *set* (1); Γ<sup>2</sup> *at vero* (2).

\*M *at vero*; Barth. *at vero*.

ἄν ε. ο. π. τ.: *utique e. fut. ind. 1*); Γ<sup>1</sup> *utique + fut.* (1), + *ind. praes.* (6), + *coni. praes.* (1), + *coni. ipf.* (1); *coni. praes. tantum* (1); *fut. tantum* (3). Γ<sup>2</sup> *utique + fut.* (10), + *coni. praes.* (462b19 = Γ<sup>1</sup>); *fut. tantum* (458b18 et 464b12 = Γ<sup>1</sup>).

\*M *utique + fut.* (6), + *ind. praes.* (1), + *coni. praes.* (1), + *ind. pf.* (1); *ind. praes. tantum* (1); *ind. pf. tantum* (1); *fut. tantum* (5); Henr. μδ *utique + fut.*; *fut. tantum*; \*Zix *utique + fut.* (2), + *coni. praes.* (1); *ind. praes. tantum* (1); Barth. φ *utique + fut.* (25), + *ind. praes.* (3), + *coni. praes.* (1); *fut. tantum* (1); oβ *ind. perf. tantum* (1); ρ undecim modis reddit (Dittmeyer Bayer. Bl. LXIX p. 161); \*x<sup>1</sup> *utique + fut.* (1); *fut. tantum* (1); Nic. x<sup>2</sup> *fut. tantum* (2).

δέ αὐτε μ; Γ<sup>1</sup> *autem* (59), *vero* (29), *quidem* (2), *quoque* (1), *enim* (1), *et* (1); Γ<sup>2</sup> *autem* (62), *vero* (27), *quidem* (1), *quoque* (1). Notanda sunt: 458a21 Γ<sup>1</sup> *quidem*, Γ<sup>2</sup> *vero*; 454b21 Γ<sup>1</sup> *vero*, Γ<sup>2</sup> *quidem*. Γ<sup>2</sup> igitur plerumque mutat in *autem*, interdum in *vero*, *quidem*.

\*M *autem* (46), *vero* (4); Henr. μδ *autem, quidem, vero, quoque* etc. \*Zix *autem* (74), *igitur* (1); Barth. φ *autem*; πx *autem* (94), *vero* (4), *et* (1); \*x<sup>1</sup>, Nic. x<sup>2</sup> *autem, vero, quidem*; oβ *autem* (62), *vero* (9), *etiam* (6), *at* (7), *quoque* (1); ρ *autem, vero, tamen, etiam* (saepe), *quoque* (raro) (cf. Dittmeyer op. laud. LXX 1934 p. 168).

δὲ ἰταque (Π *utique* (3), *itaque* (1); Arch. *itaque* (21), *utique* (1)); Γ<sup>1</sup> *quidem* (6), *enim* (2), *quare* (1), *utique* (1), *autem* (1), *itaque* (1), om. ter; Γ<sup>2</sup> *itaque* (9), *quidem* (3), *enim* (2); om. semel.

\*M *igitur* (2), *autem* (1), *quidem* (1), *vero* (1); Henr. μδ *sane*; \*Zix *utique* (1), *itaque* (4); Barth. φ *autem*; πx *utique*; \*x<sup>1</sup> *utique* Nic. x<sup>2</sup> *autem* (1), *quidem* (2), *vero* (1); oβ *autem*.

<sup>1</sup> Alex. α *utique + fut.* (10), *fut. tantum* (1), *utique + ind. praes.* (1) sec. A. Mansion, Le Comm. de St. Thomas sur le De sensu et sensato d'Arist. (Mélanges Mandonnet I p. 95), cui assentior adseveranti hanc translationem Guillelmi esse. Textui autem, quem Thurot uno tantum manuscripto adhibito edidit in his rebus fides haberi non potest. Particulae, ut saepe fit in codd. mss., nonnumquam a librario neglectae sunt. Itaque minimi momenti sunt loci quos enumerat Mansion et facile emendari possunt: 19.6 δ' ἄν λέγοιτο *autem dicitur*, pro: *autem <utique> dicitur*; 34.1 εἴη ἄν *est utique pro erit utique*.

δῆλον *palam* (Arch. *palam* (9), *manifestum* (1));  $\Gamma^1$  *manifestum* (10), *palam* (2);  $\Gamma^2$  *manifestum* (9 : om. 454b15), *palam* (2) (sed  $\Gamma^1$  cod. a 458b18 et 463a18 patet).

\*M *manifestum*; \*Zix *palam* (11), *manifestum* (1); Barth. φ *manifestum* (2), *palam* (1); πx *manifestum*.  
ἐπεὶ *quoniam*;  $\Gamma^1$  et  $\Gamma^2$  *quoniam*.

\*M *quoniam*; \*Zix *cum* (1) (*quoniam* = ἐπειδὴ, ἐπεὶπερ); Barth. φ *quoniam* (1), *quia* (1) (*quoniam* = ἐπειδὴ (8)); \*κ<sup>1</sup> *quoniam*; Nic. κ<sup>2</sup> *eo quod*; \*οβ *quoniam* (1), *cum* (2).

ἐπεὶ δά *quando non invenitur*.

ἕτερος *alter* (Zix *alter* (5), *alius* (1); Π *alter* (9), *alius* (2); Arch. *alter semper*);  $\Gamma^1$  *alius* (11), *diversus* (3);  $\Gamma^2$  *alius* (11), *diversus* (1), *alter* (2 : bis igitur correxit *diversus*).

\*M *alter* (4); \*Zix *alter* (3), *alius* (1); Barth. φ *alter* (1), *alius* (2); πx *alter* (1), *alius* (1); \*οβ *alius* (8).

ἔτι *adhuc*;  $\Gamma^1$  *amplius* (11), om. 459b10;  $\Gamma^2$  *amplius* (11), *adhuc* 459b10.

\*M *amplius* (3), *adhuc* (2); \*Zix *adhuc*; Barth. φ *adhuc* (4), *amplius* (3); πx *amplius* (3); \*κ<sup>1</sup> *adhuc* (1), *amplius* (1); Nic. κ<sup>2</sup> *insuper* (2).

καθάπερ *quemadmodum*;  $\Gamma^1$  et  $\Gamma^2$  *quemadmodum* (4), *ut* (1), *sicut* (2).

\*M *sicut* (6); \*Zix *quemadmodum* (1); Barth. φ *sicut* (1); πx *sicut* (2); \*κ<sup>1</sup> *quemadmodum* (2); *sicut* (3), *ut* (1); Nic. κ<sup>2</sup> *velut* (3), *sicut* (2), *ut* (1).

μὲν γάρ *quidem enim*, non invenitur.

μὲν οὖν *quidem igitur*;  $\Gamma^1$  *quidem igitur* (9), *quidem ergo* (2), *igitur* (6), *ergo* (3);  $\Gamma^2$  *quidem igitur* (17), *quidem ergo* (1), *ergo* (1), *quidem* (1 : ex corruptela codicum ad, etc. hoc *quidem* ortum est (462a32), nam  $\Gamma^1$  bc *quidem igitur* praebet).

\*M *quidem igitur* (20); Henr. μδ *ergo*, *itaque*, *igitur*, *autem*; \*Zix *quidem igitur* (5), *quidem* (1), *autem* (1); Barth. φ *quidem igitur* (7), *quidem ergo* (2), *quidem* (3), *igitur* (2), *ergo* (1), *enim* (1), *autem* (2); πx *quidem igitur* (9), *quidem* (1), *vero* (1); \*κ<sup>1</sup> *quidem igitur* (7); Nic. κ<sup>2</sup> *quidem igitur* (1), *quidem ergo* (1), *igitur* (4), *ergo* (1); \*οβ *quidem igitur* (3).

μὲντοι *tamen*;  $\Gamma^1$  *tamen* (1), *vero* (2), *quidem* (1), 464a3 μὴ μέντοι *nequaquam*,  $\Gamma^2$  *tamen* (3), *quidem* (1 : 462a21  $\Gamma^1$  *vero*). Itaque  $\Gamma^2$  fortasse legit μὲν in codice graeco quo usus est), 464a3 μὴ μέντοι *non tamen*.

\*M *tamen*; \*Zix *tamen*; Barth. φ *quidem*, *quidem igitur*, *enim*.

οἷον *puta*, *velut* (sec. Pelster. Guill. Zix *puta* (41), *ut* (5); Π *puta* (5), *velut* (6));  $\Gamma^1$  *velud* (20), *ut* (6), *sicut* (1);  $\Gamma^2$  *velud* (20), *ut* (5), *sicut* (1), *puta* (1). Mutat  $\Gamma^2$  456a14 *sicut* in *velut*; 456a14 *ut* in *puta*; 458b6 *ut* in *veluti*, sed 459b30 *velud* in *sicut*; 462b29 *velud* in *ut*.

\*M *ut* (9), *sicut* (1); Henr. μδ *quemadmodum*, *ceu*; Barth. φ *ut* (9), *sicut* (4), *tamquam* (2); \*κ<sup>1</sup> *ut*; Nic. κ<sup>2</sup> *quasi*.

ὅλως *totaliter* (sec. Pelster. Guill. Zix *totaliter* (5), *omnino* (3); Π *totaliter* (10), *universaliter* (1));  $\Gamma^1$  *omnino* (6), *prorsus* (1);  $\Gamma^2$  *omnino* (7).

\*M *omnino*; Henr. μδ *omnino* Barth. φ, πx *omnino* (9), *universaliter* (1).

οὕτως *sic* (sec. Pelster, sed cf. Π *sic* (4), *ita* (5));  $\Gamma^1$  et  $\Gamma^2$  *sic* (17), *ita* (4), *sicut* (1).

\*M *sic* (12), *hoc modo* (1); Henr. μδ *ita*; \*Zix *sic* (15); Barth. φ *sic* (1), *ita* (6); πx *sic* (5), *ita* (1); \*κ<sup>1</sup> *ita*; Nic. κ<sup>2</sup> *sic*; \*οβ *sic*.

πάλιν *rursus* (sec. Pelster, sed hic illic *iterum* inveni, e.g. Archim. Π 2.2);  $\Gamma^1$  *rursus* (4), *iterum* (2), om. (1);  $\Gamma^2$  *rursus* (3), *rursum* (1), *iterum* (3 : 456b23, ubi  $\Gamma^1$  πάλιν neglexerat, corr. *iterum*).

\*M *iterum*; \*Zix *iterum*; Barth. φ *iterum*; \*οβ *iterum*.

φανερὸν *manifestum*; Γ<sup>1</sup> *manifestum* (17), *palam* (2); Γ<sup>2</sup> *manifestum* (16), *palam* (3, nam 456a32 *palam* habet cum Γ<sup>1</sup> cod. c.).

\*M *manifestum*; Henr. μδ *clarum*; \*Zix *manifestum*; Barth. *manifestum*; \*x<sup>1</sup> *manifestum* (2), *apparens* (1); Nic. x<sup>2</sup> *manifestum* (2), *apparet* (1).

ὡσπερ *sicut* (sec. Pelster, sed Zix *sicut* (7), *quemadmodum* (6), *ut* (2), *tamquam* (1); Π *sicut* (14), *ut* (1); Archim. 10.6 *velut*); Γ<sup>1</sup> *quemadmodum* (27), *sicut* (5), *ut* (3), *tamquam* (4); Γ<sup>2</sup> *quemadmodum* (27), *sicut* (4), *ut* (4), *tamquam* (4) (459b32 Γ<sup>1</sup> *sicut*, Γ<sup>2</sup> *ut*, cum Γ<sup>1</sup> d).

\*M *sicut* (8), *tamquam* (1); \*Zix *quemadmodum* (8), *sicut* (8), *tamquam* (1); Barth. φ, πα *quemadmodum* (9), *sicut* (4); \*x<sup>1</sup> *quemadmodum* (1), *sicut* (3); Nic. x<sup>2</sup> *ut*, *quasi*, *sicut*.

ὡστε *ita ut* (sec. Pelzer, sed Π *quare* (6), *ut* (4); Archim. *quare* (3), *ut* (13)); Γ<sup>1</sup> *quare* (12), *quod* (2), *ita ut* (3), *sicut* (1), *ut* (4); Γ<sup>2</sup> *quare* (11), *quod* (2), *ita ut* (3), *sicut* (1), *ut* (4). Mutat *quare* 461a14 in *vel*.

\*M *quare*; \*Zix *quare* (4), *ut* (6), *quod* (1), *utique* (1); Barth. φ *quare* (6), *ita* (1), *quod* (1); πα *quare* (12), *quod* (2), *sicut* (2), *ut* (1); \*x<sup>1</sup> *quare* (2), *quod* (1); Nic. x<sup>2</sup> *ut* (3); \*oβ *propter quod* (1); *ita quod* (2).

Ex ipsa exemplorum enumeratione satis apparet tali investigatione particularum qualem Pelster instituendam proponit ad metam perveniri non posse nisi ingentem copiam rerum in promptu habeas. Nam quomodo Guillelmus emendaverit vetustiore illam versionem iam ex his perspicui potest: sicubi verba ab antiquiore interprete electa a sua consuetudine nimis abhorrent ea corrigere solet, aliis locis plerumque priora vocabula retinet<sup>1)</sup>. Ceterum licet correctiones saepe cum usu Guillelmi congruant (cf. s.v. ἀλλὰ μὴν, ἄν, δὴ, ἕτερος, ἔτι, μὲν οὖν), tamen non desunt differentiae, quamvis leviores (cf. s.v. δέ, μέν, οὖν, μέντοι, οἶον, ὅλως, πάλιν, φανερόν, ὥστε). Quam diligenter versionem veterem secutus sit, documento esse potest versio vocabulorum τοιοῦτος et διό:

τοιοῦτος Γ<sup>1</sup> *huiusmodi* (8), *talis* (1); Γ<sup>2</sup> *huiusmodi* (7), *talis* (2) (in De sompno tantum). Cf. Dittmeyer Bayer. Blätt. LXX p. 166: „Bei Wilhelm entspricht einem τοιοῦτος und ὁ τοιοῦτος selbstverständlich *talis*. Der Übersetzer von ρ dagegen gebraucht für ὁ τοιοῦτος fast ausnahmslos (ich zählte 28 Fälle) und manchmal auch für τοιοῦτος in allen Kasus die umständliche Wendung *huiusmodi*.“

\*M *huiusmodi* (19), *talis* (1); \*Zix *talis*; Barth. φ *talis* (8), *huiusmodi* (1); πα *talis* (10), *huiusmodi* (3).

διό Γ<sup>1</sup> *ideo* (10); Γ<sup>2</sup> *ideo* (9), *propter quod* (1) (in De Sompno tantum). Cf. Πε 1. 1301 b39 al. saepe; Newman Politics III 108 „Vet. Int. renders διό by *propter quod*.“

\*M *unde* (6), *ex quo* (1); \*Zix *propter quod*; Barth. πα *propter quod*; \*x *unde*; Nic. x<sup>2</sup> *quam ob rem*.

Interpretes igitur saec. XIII praefere videntur *talis* et *propter quod*. Eodem modo ἡδονή voce *voluptas* vertunt Γ<sup>1</sup> 455b19 et \*M 981b20, sed apud Γ<sup>2</sup> et ap. Guill. (Π, Alex. α) et apud Barth. φ 4.9 invenies *delectatio*.

Saepe antiquior interpres eandem vocem adhibuit quam et Guillelmus adhibere solet. Ubi vero ille recedebat a consuetudine ipsius mutat hic:

δέχεσθαι 456a11, 458a6 Γ<sup>1</sup> et Γ<sup>2</sup> *suscipere* habent, sed 458a18 Γ<sup>1</sup> *haurire*, Γ<sup>2</sup>

<sup>1)</sup> legimus e.g. 456a16 ἰσχύν δὲ ποιεῖ ἡ τοῦ πνεύματος κάθ' ἑξῆς Γ<sup>1</sup> *vigorem autem facit spiritus perseverantia*, Γ<sup>2</sup> *vigorem autem facit spiritus detentio*. Cf. Πη 15.1336a38 ἡ γὰρ τοῦ πνεύματος κάθ' ἑξῆς ποιεῖ τὴν ἰσχύν τοῖς πονοῦσιν *detentio enim spiritus facit robur laborantibus*. Quamquam Guillelmus ἰσχύς voce *robur* (Πβ 4.1267 al. saepe), sive *potentia* (Πγ 8.1284a21, al. saepe) reddere solet, vocem *vigor*, quia nihil ei obstare videtur, retinet, sed mavult κάθ' ἑξῆς voce *detentio* reddere, ut Πη 15.1336a38.

*suscipere*. Cf. Ζα 487a17 al. saepe; Alex. α 119.14, 121.6 al. *suscipere*; \*Ζα 634a16 *suscipere* (al.), sed Ζα 495b17; Π 1292a29; Barth. πα 861b30 al. *recipere*.

Quaedam verba a recentiore interprete ubique fere mutantur. Ut exemplum afferam, Guillelmus et alibi adiectiva in - *tivus* desinentia usurpare amat. (cf. Rudberg Textstudien p. 32): re vera interpres recentior semper fere corrigit versionem vetustiore, quae persaepe adiectiva in - *bilis* praebet:

αἰσθητικός Γ<sup>1</sup> *sensibilis*, Γ<sup>2</sup> *sensitivus*. Cf. Alex. α 5.3; 9.7; 20.7 al. saepe *sensitivus*.

αἰσθητήριο Γ<sup>1</sup> *sensibile* Γ<sup>2</sup> *sensitivum* (455a20). Cf. Alex. α 6, 12, 15; 7.1 al. saepe *sensitivum*. Aliis locis (454a21, 24, 33; b9, 11; 458a28, 29; 459a6; 461a28; b18, 28; 462a9, 12) Γ<sup>1</sup> *organum sentiendi*, Γ<sup>2</sup> *sensiterium*, et (459a25, 27; b24; 460a26; 461b9) Γ<sup>1</sup> *organum sentiendi*, Γ<sup>2</sup> *sensitivum*. Vox *sensiterium* Guillelmi propria videtur (sec. Rudberg Textstud. p. 34 „späte Analogiebildung“), cf. Ζα 494b14 (= αἰσθητήριο), 492b27 (= αἰσθητικόν). Vide insuper De sensu, nova translatio 449b1, 2<sup>1</sup>); Alex. α 227.4; 354.5 (cf. Thurot p. 386).

ἄπτικόν Γ<sup>1</sup> *apticon*; Γ<sup>2</sup> *tactivum* (455a23).

δεκτικός Γ<sup>1</sup> *susceptibilis* (453b28; 456b3); Γ<sup>2</sup> 453b28 *susceptibilis* retinet, sed 456b3 in *susceptivus* mutat, cf. Π 1290b27, Alex. α 25.7 *susceptivus*, al. semper<sup>2</sup>).

θρεπτικός 454b32 apud utrumque *nutritivus*, sed 454a13 Γ<sup>1</sup> *nutribilis*, Γ<sup>2</sup> *nutritivus*; 457a32 θρεπτικός τόπος Γ<sup>1</sup> *nutrimenti locus*, Γ<sup>2</sup> *nutritivus locus*. Alex. α 9.7 (al. saepe) *nutritivus*.

Possum multa alia proferre, sed spero me hanc rem probasse: Guillelmum fuisse auctorem eius versionis quae „Nova” vocatur, eam nihil aliud esse quam antiquioris versionis recognitionem<sup>3</sup>), quae alio codice graeco adhibito facta sit.

Operae pretium mihi videtur agere de vocibus graecis quae latinis litteris redduntur. Quod enim interpretes vocibus graecis crebro utuntur ignorantiae adhuc ascribi solet<sup>4</sup>). Nec iniuria: licet enim plurima eiusmodi proferre<sup>5</sup>). Quisquis versionem Guillelmi Historiae Animalium, quae a. 1260 facta est, cum versione Archimedis anni 1269 comparaverit<sup>6</sup>) mox videbit auctorem in versione posteriore saepius quam in priore voces graecas latine reddidisse<sup>7</sup>). Quod

<sup>1</sup>) v.l. *sensitivum* in cod. Vat. lat. 2083 habes (cf. Aristoteles Lat. p. 138 sq.). Libri Mss. minime consentiunt (vide app. cr.). Cum praesertim in casibus obliquis exitus *-livum* et *-terium* minime inter se differant et saepe confundantur, non dubito quin Guillelmus voce *sensiterium* cum in versione Arist. De ins. et De div. p. s. tum etiam in versione Alex. in De Sensu comm. saepius usus sit quam manifestum est ex eis codd. quos adhibui et ex uno codice quo usus est Thurot.

<sup>2</sup>) 456b3 τῆς... τροφῆς εἰσιούσης εἰς τοὺς δεκτικοὺς τόπους Γ<sup>1</sup> *cum... nutrimentum extrinsecus ingrediatur ad susceptibilia loca*; Γ<sup>2</sup> *de foris... alimento ingrediente in susceptiva loca* — cf. Alex. α 226.12 ἡ κοιλία... δεκτικὴ τῆς τροφῆς *venter... susceptivus alimenti*.

<sup>3</sup>) Georgio Lacombe quam maxime assentior, qui scribit: „Nothing is known about the translator of the older text (whichever it may be) or of the revision. The tradition, which makes of William of Moerbeke the translator of the whole Aristotelian corpus, becomes more credible, as we see his rôle reduced, for a large part of the corpus, to that of a corrector of texts.” The New Scholasticism V (1931) p. 309.

<sup>4</sup>) Rudberg Textstudien p. 33: „Natürlich war die Verwirrung und Unkenntniss zu Wilhelms Zeiten sehr gross auf diesem Gebiete.”

<sup>5</sup>) e.g. ignorare videtur Guill. vocem βλεφαρίδες, quam latinis tantum litteris transscribit (Ζα 491b20), cum ipsum vocabulum βλέφαρον *palpebram* interpretari soleat.

<sup>6</sup>) hanc versionem novimus ex autographo Ottob. lat. 1850, ex quo cognoscimus qua ratione auctor versionem instituere solitus sit. Vide J. L. Heiberg Zeitschr. f. Mathem. u. Physik XIV 1890, Suppl. I p. 8 sqq.: „Es ist kaum zu bezweifeln, dass wir im Ottob. das eigene Original exemplar des Uebersetzers besitzen. Das beweisen schon die am Rande beigeschriebenen griechischen Wörter, die der Vorlage treu nachgemalt sind und sehr oft einer Lacune im Text entsprechen; der Übersetzer hat offenbar nicht sofort ein lateinisches Wort finden können oder das griechische Wort nicht gekannt und es dann am Rande copirt, um später nach genauer Untersuchung und eingeholter Auskunft die Lücke füllen zu können.” Cf. etiam Ch. Thurot Notices et Extraits XXV. 2 pp. 385—386.

<sup>7</sup>) Cf. L. Dittmeyer Bayer. Blätt. LXIX 1933 p. 167.

eum in priore minus saepe fecisse mirari noli, neve inscitiae auctoris semper et ubique attribuas <sup>1)</sup>. Interdum enim lingua latina verbis idoneis caret et verba graeca plurima, imprimis quae ex coniunctione facta sunt, in latinum sermonem alias difficile reddi, alias omnino non possunt. Ad quae reddenda opus est pluribus uti vocabulis latinis, quod et Guillelmus et alii saepe fecerunt <sup>2)</sup>. Saepius autem Guill. eiusmodi ambitum verborum vitare videtur, ideoque ipsa graeca vocabula litteris latinis reddit, ut Ζια 489b14 *ostracoderma*, 489b9 *sklirosarca*, 490a2 *skliroderma*. Sed eum haud ignorare quae vis insit in talibus verbis patet ex glossematis <sup>3)</sup>, ut Ζια 489b9: *malacosarca: quasi mollis carnis; sklirosarca: quasi dure carnis* <sup>4)</sup>. Mavult ergo unam vocem graecam usurpare, quam plura latina.

Sunt etiam quaedam verba quae Guillelmus, cum notionem et versionem bene nosse videatur, tamen latine non reddit <sup>5)</sup>. Μαλάκια, ut exemplum afferam, semper litteris latinis reddit (Ζια 489b34 al.), μαλακός vertit voce *mollis* (Ζια 487a2 al.), sed cum interpres vetustior huius libelli *mollia* scripserit (454b17), ipse in *malacia* corrigit. In librorum De Animalibus versione arabicolatina <sup>6)</sup> sescenties *malachye* (*malakye*, *malachie* etc.) reperies. Sed ne illic quidem deest cognitio quaedam significationis eius vocabuli. Cf. Scot. ap. Alb. Anim. 365.6 (*animal*) *quod vocatur molle* (Ζιδ 525a39 *μαλάκια*). Vocabula ergo graeca apud interpretes nonnumquam eorum partibus fungi videntur quae apud Nostrates *termini technici* vocari solent. Tales *termini technici* iam ante Guill. saepe adhibebantur. Quin etiam magna pars vocabulorum graecorum, quae in versione Moerbekiana de Historia Animalium inveniuntur, iam pridem ab Arabibus usurpata atque a Scoto aliisque versionibus suis inserta erant <sup>7)</sup>.

Versionem vetustiore libelli De sompno si examinabis, invenies illius auctorem frequentius vocabula graeca singulis aut pluribus latinis reddidisse quam qui centum fere annis post illam versionem recognovit Guillelmus de Moerbeka. Notanda sunt haec:

ἀνατομή (456a2) Γ<sup>1</sup> *recisio*, Γ<sup>2</sup> *anatomia*. Similiter Guill. Alex. α. 75.7 *in anathomis*.

sec. Th.L.L. II 21.57 inde a Cael. Aur. acut. 1.8.57 *per apertionem quam Graeci anatomiam dicunt*.

ἐντομα (454b19; 456a11) Γ<sup>1</sup> *intersecta*, Γ<sup>2</sup> *entoma*. Guill. Ζια *enthoma* 487a33<sup>bis</sup>; 490a10.

<sup>1)</sup> „Wenn in zwei Redaktionen die eine das griechische Wort beibehält, während die andere die Übersetzung bringt, so ist die erste die ältere.“ Quare Francisco Pelster id asseveranti (Scholastik XIV 1939 p. 447 in recensione critica libelli Aetii Franceschini, in Rivista Filos. Neoscol. XXX 1938 pp. 150—162, quem inspicere non potui) astipulari nequeam ex sequentibus patebit. <sup>2)</sup> Vide Rudberg Textstudien pp. 34 sq. e.g. ἔλαιμος *sanguinem habens*; Ζια 490a9 al. (idem v<sup>1</sup> et v<sup>2</sup>, vide Ind.), contra ἔλαιμος v<sup>1</sup> et v<sup>2</sup> *non habens sanguinem*, Ζι *sine sanguine* (sec. Rudberg p. 35), sed *exsanguis* 489a32 al. Ignorantia adductus vertit Guill. Ζιβ 504a29 *σκαρδαμύττουσι: operiunt pelliculo oculos pro: nictant vel conivent* (Rudb. *ibid.*). Cf. II 1294a18 *kalorum kagathorum*; 1294a2 *aristocratizari* etc. <sup>3)</sup> Glossemata iam in Boethii commentariis inveniuntur, nec rara sunt in ea versione quae hodie Metaphysica vetustissima vocatur (vide Arist. Lat. p. 61 sq.; F. Pelster S. J. Gregorianum XVI 1935; Ed. R. Steele Oxon. 1932. Vide p. XXI sqq. de verbis graecis, in hoc textu allatis et de glossematis, e.g. p. 255.32 *id quod est πράττειν, id est agere*; p. 256.4 *αὶ δὲ πράξεις, id est actus* etc., vide p. XXII. <sup>4)</sup> Rudberg Textstudien p. 23 <sup>5)</sup> nonnumquam tamen Guill. et transscriptione et traductione utitur, e.g. *porus — meatus* (πόρος) Rudberg op. laud. p. 36, etc. Id. Antidotarium Nicolai (ed. W. S. van den Berg Lugd. Bat. 1917) p. 83.1. <sup>6)</sup> Cf. Aristoteles Latinus p. 80. Mich. Scoti versionis maiorem partem exscriptam ab Alberto Magno invenies a ceteris aptissime distinctam in editione De Animalibus librorum quam H. Stadler curavit (Beiträge z. Gesch. d. Philos. des M.A. XV, XVI). Glossemata et in versione et in paraphrasi Alberti frequentissime occurrunt. Librum X Hist. An. (Ζια) separatim edidit Gunnar Rudberg in: Skrifter utgifna af Kungl. Humanistiska Vetenskaps-Samfundet Uppsala XIII. 6 pp. 109—120. <sup>7)</sup> Sic fieri potuit ut Albertus Magnus, qui linguam graecam funditus ignoravit scriberet: „In hoc ultimo libro de animalibus parvis anaemys, hoc est sanguinem non habentibus, agemus“ etc. Op. laud. p. 1578.4.

## XVIII

Vox *intersecta* nusquam inveni. Scot. ap. Alb. Anim. 12.29 Stadler *animalia rugosa*, al. saepe.

Θεώρημα (455a25) Γ<sup>1</sup> *speculatio*, Γ<sup>2</sup> *theoremata*. Guill. Archim. 2.2, 11; 8.6 al.; Alex. α 339.3 *theoremata* (sed Ζι θεωρεῖν *speculari, videre, P videre, considerare* sec. Rudberg Textstudien p. 37).

vox *theoremata* iam inde a Gell. N.A. I 2.7 apud Latinos. Cf. Cic. De fato 6; Forcell. VI 80b, Chalc. Tim. 228 p. 266.6 Wrobel, al.

μαλάξια (454b17) Γ<sup>1</sup> *mollia*, Γ<sup>2</sup> *malacia*. Vide supra.

νανώδης (457a24) Γ<sup>1</sup> *homululus* Γ<sup>2</sup> *nanodus* (sed 457a22 apud utrumque *nanus*)<sup>1)</sup>.

vox *homululus* sec. Th.L.L. VI 2893.77 „nonnisi apud grammaticos” invenitur, e.g. Prisc. Gramm. II 102.5 *diminutivorum diminutiva in diversa desinentia forma, ut homo, homuncio, homunculus, homulus, homullulus* . . .

Saepe in versione antiqua singula vocabula graeca pluribus latinis redduntur, quae Guill. alibi latinis litteris transscribere solet, e.g.:

δσπρακόδεσμα (454b21) quae *durum habent corium (-testam* Γ<sup>2</sup>), cf. Ζι ostracoderma (489b14; 490b11), sed Scot. ap. Alb. Anim. 37.8 *animalia durae testae*.

σκληροφθαλμία (454b18) quae *duros habent oculos*, cf. Ζι skliroderma (490a2), sklirousarca (489b9).

Venio deinde ad ea vocabula quae etiam in versione vetustiore latinis litteris redduntur.

Raro tantum mutantur:

ἀπτικόν (455a23) Γ<sup>1</sup> *apton* (indeclin.), Γ<sup>2</sup> *tactivum*: τῷ ἀπτικῷ vertit Γ<sup>1</sup> *apton*, id est ei que per tactum exercetur.

Sed communia utriusque versionis sunt:

ἀορτή (458a19) Γ<sup>1</sup> *adorti*, Γ<sup>2</sup> *aorti*, apud utramque indecl., cf. Scot. ap. Alb. Anim. 844.2; 909.26<sup>2)</sup>; saepe ap. Guill. Ζι (Rudberg Textstudien p. 33). Vide Koffmane Gesch. des Kirchenlateins I p. 36 sq.: „Im allgemeinen kann man sagen, dass die griechischen Worte von dem beginnenden Verfall der Kasusendungen mitbetroffen wurden, welcher allmählich vom vierten Jahrhundert an den Uebergang vom Lateinischen zu den romanischen Sprachen vorbereitete.” (cf. supra ἀπτικόν, infra θάλαμη).

ἐμβρυον *embrium*. Etiam Alb. Anim. 1065.9, sed magis in usu videtur forma *embryo*: \*Ζι 675b13; 638b11; Scot. ap. Alb. Anim. 40.33 al. saepe. Baxter-Johnson *embryo* inde a 1236. Cf. Rudberg Eranos 1908 p. 159: „*embryo*, — *onis* in den Lexic. nicht belegt<sup>3)</sup>, findet sich aber z. B. auch bei Wilhelm von Moerbeka.”

ἐπιληψίς (457a9<sup>bis</sup>), ἐπιληπτικός (457a8) *epilentia, epilenticus* (Γ<sup>2</sup> *epy* —). Id. Alb. Anim. 678.29 al.; 963.33 al. De forma cf. Dieffenbach p. 204b, Baxter-Johnson p. 152 et vide M. Bonnet Le latin de Grég. de Tours p. 219 n. 3: „La forme de ces deux mots s'explique de la manière suivante. Les Grecs de la décadence (les Alexandrins selon M. Cobet) aimaient à faire reparaître la nasale de λαμβάνω dans les autres thèmes du verbe: λήμψεται, ἐλήμφθη, etc. et dans les dérivés ἀνάληψις, πρόσληψις, etc. . . on peut donc supposer qu'ils disaient aussi

<sup>1)</sup> De voce *nanus* vide infra et Scot. ap. Alb. Anim. 1141.10. <sup>2)</sup> Inepte Alb. Anim. 909.25: „Dicemus autem de vena quae vocatur magna, et de ea quae Graece <orthy, vel> adorty vocatur <ab> Arabe qui articulum Arabicum praeponit Graecae dictioni.” Verba uncis inclusa Albertus ipse inseruit. <sup>3)</sup> Attamen apud L. Dieffenbach Glossarium Latino-germanicum mediae et infimae aetatis 1857 p. 199c invenitur. Cf. nunc Baxter-Johnson Mediaeval Latin Word list p. 149.

ἐπιληπτικός, c'est ce qu'exprime le latin *epilepticus* . . . . De l'adjectif *epilepticus* on a dérivé le nom de la maladie, *epilentia*.

εὐριπος (456b21) *euripus* (Baxter-Johnson p. 157).

θαλάμη (= ventriculus cordis 458a17) Γ<sup>1</sup> *talami* (indecl., cf. supra s.v. ἀορτή), sed Γ<sup>2</sup> transseribit θαλάμης (gen.) latinis litteris: *thalamis* (cf. Ζι *cheten-χαίτην, iniu-ίντου, in sifes-ἐν Σιφαῖς* Rudberg Textstudien p. 33). *thalamus* ap. Alb. Anim. 908.12 (contra: *ventriculi* ib. 908.8, *camera* 908.11).

κατάρρους (458a3) *catarrus*. Id. Barth. πα 860a31; Antid. Nicolai p. 43. De orthographia vide Th.L.L. III 586.77: „Scribitur plerumque *catar(r)us*.” Inde ab Isid. ap. Latinos.

λήθαργος (457a3) Γ<sup>1</sup> *letargicus*, Γ<sup>2</sup> *lithargicus*. *Lethargicus* subst. iam ap. Plin. N.H. XX 121 al.; Forcellini s.v. III p. 736.

μανδραγόρας (456b20) *mandragora*; cf. Ducange Gloss. V 214a—b; Dieffenbach p. 346b; v. d. Berg Antidot. Nicolai p. 238sq. al.

μελαγχολικός (457a27) *melancholicus*. Id. Antid. Nic. p. 89 al., *melanconicus* p. 189 al.; Dieffenbach p. 354a.

μεταφορά (455b21) *metaphora*. \*M 991a22 *metafora*.

νανώδης (457a22) *nanus*. Vox iam inde a Laberio (saec. I a. Chr. n.) apud Latinos quoque in usu erat (Gell. N.A. 16.7; 19.13; Forcell. IV p. 2236).

πόρος (457a13.26; b13) *porus*. Cf. Guill. Ζια 492a25 al. saepe; \*Ζικ 637a32 al.; Barth. πα 864a17 al. (*porus* et *meatus* cf. p. XVII<sup>5</sup>).

φαντασία (456b12; 457b26) *fantasia* et φάντασμα (456a25; b15) *fantasma* cf. Ducange s.v. *phantasia*. Bonnet op. laud. p. 218.

φλέγμα (458a3) Γ<sup>1</sup> *fleuma*, Γ<sup>2</sup> *flegma*. *fleuma* etiam Scot. ap. Alb. Anim. 10.28 al. saepe. A. Thomas Notices lexicographiques sur les recettes médicales du haut Moyen-Age in Arch. Lat. M.Æ. V p. 129: *fleumatismus* = *surabondance des flegmes*. Dieffenbach multas formas praebet p. 239b; Baxter-Johnson p. 176; Antidot. Nicol. 165 *fleuma*, alibi *flegma* (saepe).

*Flegma* vide Ζια 487a6; Barth. πα 862b18; 865a32, 34.

χολή (457a31) *colera*. Id. Barth. πα 859b5 al.; Scot. ap. Alb. Anim. 10.30 al. (contra Guill. *fel* Ζια 487a4); Antid. Nicol. p. 15 al. saepe.

Vide Th.L.L. III 1014.57, et imprimis 1015.4: Vindic. epist. ad Pentad. p. 486 Rose: *corpus habet in se sanguinem, coleram rubeam, coleram nigram et flegma*.

Verba quaedam iam inde a scriptoribus bonae aetatis vulgo usurpata omisi, sed de versione vocis δαιμόνιον haec addenda sunt: vertitur 453b23 ab utroque interprete voce *demonum*. Bis δαιμόνιος (adi.) occurrit 463b14. Priore loco vertitur Γ<sup>1</sup> *divinitus*, Γ<sup>2</sup> *daimonius*, altero loco Γ<sup>1</sup> *sciens*, Γ<sup>2</sup> *daimonius*. Hoc *sciens* ex Chalcidii in Tim. commentario, ubi Cratylum affert, sumptum videtur. Cf. 132 p. 195.10 sqq. Wrobel: . . . *daemones, opinor, tamquam daimones dicti. Daemonas porro Graeci sciens rerum omnium nuncupant* (Plat. Crat. 398 B . . . . ἔτι φρόνιμοι καὶ δαίμονας ἦσαν, δαίμονας αὐτοὺς ὀνόμασθε sc. ὁ Ἡσίοδος). Cf. deinde cod. Vat. lat. 2071 f. 287<sup>r</sup> gloss. ad 453b23 *demonum*] *vel demon* (cf. a), *scilicet spiritus sciens bonus vel malus*. Ps. Thom. Aquin. comm. p. 216 (ed. Parmae T XX) . . . . *et notandum quod daemon graece idem est quod sciens latine*.



Codices, quibus usus sum, sunt hi:

a) veteris versionis.

- a** = Florianensis Bibl. Monast. XI 649. Membranaceus, saec. XII. ff. 129<sup>r</sup>—133<sup>r</sup>. Descripserunt A. Czerny Die Handschriften der Stiftsbibliothek St. Florian, Linz 1871 pp. 220—223; Aristoteles Latinus I p. 262 n<sup>o</sup> 54. Recte Lacombe dicit: „textus . . . non multum valet, sed animadversione est dignus”, minus recte: „Nec emendationes, nec glossae.” Nam emendationes et glossae interlineares ab eadem manu scriptae, quamvis paucae et breves, non omnino desunt. Quin etiam f. 131<sup>v</sup> post verba „*omnia enim sanguinem habentia cor habent et principium motus et proprium sensus hinc est*” (456a6) haec habet: „*calcidius retinens auctoritate <m> crissippi dicit. sicut aranea in medietate callis omnia filorum pedibus tenet exordia. ut cum ex bestialis plagas incurrerit ex quacumque parte proximus sentiat. sic anime principale. positum in media sede cordis sensuum exordia retinet ut cum quid naturaliter de proxima recognoscant. a penetrati pectoris id est a gremio cordis. spiritu erumpente. et facium angustias anxietante formataque lingua et ceteris volatilibus a organis articulatos edissonos et sermonis elementa quo quidem interprete mentis archana aperiuntur.* (= Chalcidii comm. in Tim. Platonis ed. Wrobel pp. 256.16—257.2; S.V.F. II 879 p. 236.12—22) Librarium hanc glossam, maneam et mutilam et quae intelligi nequaquam potest, sine dubio iam in exemplo suo invenit. Nam et alibi singulae fere paginae ostendunt hoc exemplum difficile lectu fuisse, librarium quicquid legere potuit servili quodam modo reddidisse. Sed nullo pacto fieri potest ut archetypus hanc glossam praeberit. Apographum itaque nescioquod, raptim et negligenter descriptum, compendiis plenum librarius adhibuit. Eo fit ut hic codex lacunosus sit et vitiosus: saepenumero *non* et *vero*, *ergo* et *igitur* etc. inter se permutantur, nonnumquam totae sententiae aliis verbis libere redduntur, ut 453b18 sq.: *vel accidit quidem dormientibus semper sompnare, set non meminerunt, et si hoc fit, propter quam causam fit* | **a**: *vel quare qui sompniant non recolunt, et quare hoc sit*  
Nonnullis tamen locis verae lectiones in codice servantur.

- b** = Urbinas Latinus 206, membranaceus, intra annos 1240—1254 Oxoniae exaratus, ut demonstravit A. Pelzer Une source inconnue de Roger Bacon etc., Archivum Franciscanum Historicum XII (1919) pp. 47 sqq. ff. 306<sup>r</sup>—310<sup>r</sup>. Cf. praeterea Aristoteles Latinus I p. 50 sq.; C. Stornajolo Codd. Urb. Lat. pp. 197—199; F. Ehrle S.J. et Paulus Liebaert Specimina Codicum Latinorum Vaticanorum <sup>2</sup> Berolini et Lipsiae 1932 p. XXXI, spec. 40.
- c** = Bruxellensis Bibl. Reg. II 2558, membranaceus, saec. XIII ff. 106<sup>r</sup>—109<sup>r</sup>. Descripserunt van den Gheyn Catalogue des Manuscrits de la Bibliothèque Royale de Belgique t. IV p. 332, No. 2898; Aristoteles Latinus I pp. 318 sq. no. 175.
- d** = Vaticanus Latinus 2071, saec. XIII<sup>ex</sup> (Hunc codicem in Britannia ann. fere inter 1275—85 exaratum esse A. Pelzer <sup>1)</sup> iudicat), ff. 286<sup>v</sup>—291<sup>v</sup>. Codex scriptura gothica pulchre exaratus. F<sup>o</sup> 286<sup>v</sup> praebet litteram initialem maximam, in qua imago Somni virum aliquem opprimentis nitidissime picta est. Emendationes glossaeque et inter lineas et in marginibus positae permultae inveniuntur, ductu tenui scriptae. Earum glossarum quaedam et glossae interlineares codicis Urb. lat. 206 mirum in modum congruunt. Quod ut demonstrarem ex utroque codice initium libelli De sompno aliquot glossis adiectis transscripsi:

<sup>1)</sup> v<sup>o</sup>. d<sup>o</sup>. G. J. Hoogewerff, qui cum v<sup>o</sup>. rev<sup>o</sup>. A. Pelzer codicem meo rogatu examinavit gratias quam maximas habeo.

Urb. lat. 206 f. 306<sup>r</sup>

De sompno autem et vigilia consideran-  
 dum quid sint / et utrum propria<sup>2a q̄o</sup>  
 sint anime vel corporis vel communia<sup>3a</sup>  
 / et si communia cuius particule anime vel<sup>4a</sup>  
 corporis / et propter quam causam insunt<sup>5a q̄o</sup>  
 animalibus / et utrum communicant  
 omnia ambobus illis, etc.

Vat. lat. 2071 f. 286<sup>v</sup>

*et sic patet de quo est hic intentio*  
 De sompno autem et de vigili-  
 a considerandum / quid sint / et utrum<sup>hec est prima q̄o</sup>  
 propria sint anime an corporis<sup>2a q̄o</sup>  
 vel communia. / Et si communia. cuius par-<sup>hec est 3a q̄o</sup>  
 ticule corporis vel anime / Et<sup>4a q̄o</sup>  
 propter quam causam insunt animalibus  
 ipsis. / Et utrum communicant omni-<sup>quinta q̄o</sup>  
 a ambobus ipsis, etc.

Uterque glossator eodem modo textum dividit atque commentator ille, cuius opus sub nomine Thomae Aquinatis vulgatum est, qui haec habet: *Dicit ergo primo, et dat intentionem suam circa somnum et vigiliam: et sunt quinque intentio. Primum est, quid sit somnus et vigilia. Secundum est utrum sint passionones animae solum, vel corporis tantum, vel coniuncti. Tertium, si sint passionones, ex qua particula animae et corporis sit illud coniunctum. Quartum est propter quam causam insunt omnibus animalibus. Quintum est utrum omnia animalia communicent tam somno quam vigiliae vel non.* (Thom. Aquin. Opera omnia Parmae 1866 Tom. XX p. 216a). Possum multa alia huiusmodi proferre, unde apparet hanc divisionem ex uno eodemque fonte originem duxisse.

A = c o m m e n t a r i u m A l b e r t i M a g n i. Usus sum editione, quae Lugduni anno 1651 prodiit (Opera omnia ed. P. Jammy Tom. V pp. 64—82). Vide Arthur Schneider Die Psychologie Alberts des Grossen I pp. 2 n. 1; 142—148 (Beiträge zur Geschichte der Philosophie des Mittelalters IV 5); F. Pelster S.J. Kritische Studien zum Leben und zu den Schriften Alberts des Grossen, Stimmen der Zeit, Ergänzungshft. IV Freiburg in Breisgau 1920 pp. 130—169.

C o m m e n t a r i u m p s. T h o m a e A q u i n a t i s fortasse Magistro Adam Buckfeldensi asscribendum est. Cf. A. Pelzer Archivum Francisc. Hist. XII (1919) pp. 53 sqq. M. Grabmann M.A. lat. Arist.übersetzungen u. Arist.kommentare in Hss. spanischer Bibliotheken, S.B. München 1928 V pp. 6—51; 95; F. Pelster S.J. Gregorianum XI 1930 p. 287; Id. Scholastik X (1935) p. 446; Id. Adam von Bockfeld (Bockingfold), ein Oxforder Erklärer des Arist. um die Mitte des XIII. Jahrhunderts; Scholastik XI (1936) pp. 196—224, imprimis pp. 203, 208 sqq., 215 sqq., 220, 223; M. Grabmann M.A. Geistesleben II München 1936 pp. 70 sqq., Die Aristoteleskommentatoren Adam von Bockfeld und Adam von Bouchermefort pp. 138—182; Id. Divus Thomas (Freiburg Schweiz) XVII 1939 pp. 5—29. Cf. Pelster Scholastik XV 1940 p. 122; D. Salman O.P. Notes sur la première Influence d'Averroès, Revue Néoscholastique de Philosophie XL (1937) pp. 209—212, cf. Grabmann M.A. Geistesleben II p. 615; Id. S.B. München 1939 V p. 32; F. Sassen Geschiedenis der Patristische en Middeleeuwsche Wijsbegeerte<sup>3</sup> Nijmegen 1942 p. 190.

Varias lectiones quas hoc commentarium praebet adnotare nolui, quia editionibus prelo vulgatis fidem habere nequimus.

b) codices novae versionis, quibus usus sum, sunt hi:

- l = Vaticanus latinus 2083, membranaceus, a. 1284 scriptus, ff. 196<sup>v</sup>—199<sup>r</sup>. Cf. F. Pelster S.J. Beiträge z. Gesch. d. Philos. d. M.A. Suppl. II p. 107 n. 1; Aristoteles Latinus pp. 50 sq., 49 n. 1.
- m = Bruxellensis latinus II 2314 (2893 v. d. Gheyn), membranaceus, saec. XIII<sup>ex</sup> ff. 320<sup>v</sup>—324<sup>r</sup> Descripserunt v. d. Gheyn IV p. 329; Aristoteles Latinus no. 174 pp. 317 sq.
- s = editio Johannis Versoris. Quaestiones super Parva Naturalia cum textu Aristotelis, Colon. 1493, ff. XVII<sup>r</sup>—XIX<sup>r</sup>.
- t = editio Iuntina a. 1550, quam raro adhibui, quippe quae nonnullis locis editionum graecarum ope correctata sit.

#### 4. De Theodoro Metochita

Vitam Theodori Metochitae, quae nobis fortasse magis nota est quam ceterorum qui Aristotelem interpretati sunt, quippe quae iam aliquoties ab illustrissimis viris exposita sit <sup>1)</sup>, narrare mihi in animo non est. Nam quot per annos in re publica primas partes egerit, quamque miserum tulerit exilium qui per tristissimum bellum civile et summo in principis amicitia loco et opibus suis exciderit, et quanta in solitudine supremum diem in monasterio obierit scire non multo refert ut doctrinam illius hominis admiremur, qui omni saeculi eruditione instructus et rhetoricae et poesi et philosophiae et astronomiae <sup>2)</sup> pro viribus operam dedit. Dignus enim est summa admiratione vir ille, ut qui diebus per maxima negotia absumptis, cum consiliorum Andronici II, imperatoris semper dubitantis et incerti (1282—1328), particeps esset, horis nocturnis scientiae et cognitionis studio indulserit <sup>3)</sup>.

Quando scripserit in Aristotelem commentaria apparet ex praefatione Astronomicis ab ipso praemissa, quam Sathas edidit <sup>4)</sup>. Viginti enim annos natus <sup>5)</sup> munus aulicum accepit, rhetoricae operam dedit; inde ab anno tertio et quadragesimo aetatis suae astronomiae incubuit <sup>6)</sup>. Medio tempore et aliis rebus et philosophiae studio vacasse se ipse dicit. Itaque inter annum aetatis suae vigesimum et tertium et quadragesimum <sup>7)</sup>, quo tempore maxime vigeabat et inter aequales maxime florebat, omnia fere opera rhetorica et philosophica condidit <sup>8)</sup>.

<sup>1)</sup> Vide K. Sathas Μεσαιωνική Βιβλιοθήκη A Venet. 1872 pp. ιθ'—νθ'; M. Treu Die Dichtungen des Grosslogotheten Theod. Metoch. Potsdam 1895 (quem librum inspicere non potui); K. Krumbacher Gesch. d. Byz. Litt. München 1897 pp. 550—554; Ch. Diehl Études Byzantines I Paris 1905 pp. 396—406; R. Guiland Les Poésies Inédites de Th. Met., Byzantion III pp. 265—302; F. Fuchs Die höheren Schulen von Kpel im MA., Byz. Arch. VIII 1926 p. 62 sqq.; G. Ostrogorsky Gesch. d. Byz. Staates (Byzant. Handb. I 2) München 1940 p. 338. Imaginem Metochitae (e monasterio Μονή τῆς Χώρας) phototypice expressam vulgavit Ch. Diehl in op. laud. et in Manuel d'Art Byzantin II<sup>2</sup> Paris 1926 p. 799. Cf. J. Strzygowski Byz. Zeitschr. X p. 567. <sup>2)</sup> Krumbacher p. 623. <sup>3)</sup> Niceph. Gregor. Hist. (ed. Bonn.) VII. p. 272.21. <sup>4)</sup> Op. laud. pp. πε'—ριζ' cf. Fuchs op. laud p. 64. <sup>5)</sup> Sec. J. Strzygowski natus est circ. an. 1279; Byz. Zeitschr. X (1901) p. 567; equidem potius dixerim circ. an. 1270. <sup>6)</sup> Sathas κ', Krumbacher p. 623. <sup>7)</sup> Igitur fortasse inter an. 1290—1313. <sup>8)</sup> In extrema aetate magnam partem Miscellaneorum et Poematum composuit. Ἐμφύχου βιβλιοθήκης cognomen haud immerito ei Nicephorus Gregoras discipulus indidit, Hist. VII 11 p. 272.3 ed. Bonn. (Sic Eunapius in Vit. Soph. p. 456.11 Boisson. Longinum vocaverat βιβλιοθήκην τινὰ ἐμψυχον καὶ περιπατοῦν μουσεῖον).

Paraphrases in Libros Naturales Aristotelis, quas confecit, olim magnam admirationem moverunt. Testes sunt codices sumptuosi et maxima cura exarati <sup>1)</sup>, testis est translatio G e n t i a n i H e r v e t i ter prelo data <sup>2)</sup>. Post saec. XVII operis illius gloria paene evanuit. Graece ante finem saec. XIX nihil editum est.

Fusius de auctore egit K. S a t h a s <sup>3)</sup>, qui non solum vitam eius accurate enarravit, verum etiam et alia opera edidit et prooemium illud, quod H e r v e t i u s neglexerat <sup>4)</sup>. Usus est cod. Marc. 239, cuius pagina prima manca est et lacunosa. Initium huius προοιμιου igitur cum intellegi minus facile possit, id egi ut quoad possem emendarem. Codice optimo Vat. gr. 303 (cuius prima pagina mutilata fenestrellis dilucidis negligenter contexta hic illic difficilis lectu est) nisus textum recognovi iterumque imprimi curavi.

Ipsius commentari praeter unam paginam paraphraseos in Aristoteles Physicam, quam tribus codicibus Parisinis usus C. E. R u e l l e edidit <sup>5)</sup>, nihil in lucem prodiit. Haud supervacaneum mihi igitur visum est hoc opusculum, quod De somno est, typis mandare, praesertim cum opus vile ac ieiunum S o p h o n i a e, auctoris obscuri, ter iam in lucem emissum sit <sup>6)</sup>, quod per errorem factum est, ut quod magno nomini T h e m i s t i i attributum esset <sup>7)</sup>.

Qui primus paraphrases in quosdam Aristotelis libros confecit <sup>8)</sup>, T h e m i s t i u s (317—388), certas regulas adhibere videtur:

1. Textum Aristotelis quasi in membra minuscula decerpit, verba singula explicat atque enodat.

2. Saepe in locum unius verbi aliud vel plura verba substituit, nonnumquam sine causa perspicua.

3. Verba commutat, sententias alio modo struit.

4. Eadem verba, ut lectoris animo ea inculcet, saepe iterat.

5. Persaepe commentationes breviores (ut in Anal. Pst.), vel longiores (ut in De anima) inter ipsius paraphraseos verba ponuntur <sup>9)</sup>.

Saeculo XI M i c h a e l P s e l l u s exemplum Themistii imitatus <sup>10)</sup> paraphrases verbosas et explicationibus copiosis refertas conscripsit. S o p h o n i a s vero novum genus para-

<sup>1)</sup> Imprimis codex magnifice ornatus Laurent. Plut. 85.4, cf. Bandini Catal. codd. Gr. Bibl. Laur. III 250 „codex... saec XV nitidissime exaratus, cuius prima pagina picturis, variis emblematis, ac Mediceo stemmate sex pilarum exornata: in littera vero initiali haec leguntur apposita verba: „Non le sait qui non l'essaye", quae in aliis etiam codicibus ab eodem illuminatore depicti occurrunt.”

<sup>2)</sup> Basileae 1559, 1562, Ravennae 1614. Eloquentes sunt ipsi tituli; vide Sathas pp. 57 sq. et adde: Theodori Metochitae Philosophi rarissimi in universam Aristotelis naturalem Philosophiam ad instar copiosae Graecorum et Latinorum Auctorum Bibliothecae, commentaria vero aurea. Fideli dexteritate Gentiani Herveti v. cl. ex Graeco Latine reddita, Ravennae 1614. <sup>3)</sup> Op. laud. p. 19'—πβ'. <sup>4)</sup> Ibid. p. 59'—πβ'.

<sup>5)</sup> L'Argument d'Achille (Arist. Phys. VI 9). Commentaire inédit de Théodore Metochite, Revue de Philol. 31 (1907) p. 105—110. <sup>6)</sup> Ed. Aldina 1534, Spengel 1866 (Lipsiae), Wendland 1903 (C.A.G. V 6).

<sup>7)</sup> Cf. V. Rose Über eine angebliche Paraphrase des Themistius, Hermes II (1867) p. 212; Krumbacher p. 430 sq.; Wendland C.A.G. V 6 p. X. <sup>8)</sup> Quod auctor paucis verbis defendit Anal. Post. Prooem. p. 1: Se commentaria conficere post tantos viros et tales non procul a vana ambitione videri; cum in parvis tantum peccavissent illi stultum esse, qui idcirco eorum opera sperneret. Sententias vero auctoris interpretari et prompte et diligenter referre breviterque philosophum sequi novum quid videri et haud inutile. Brevem enim paraphrasin plus valere ad doctrinam ediscendam quam commentaria amplissima. Cf. W. Stegemann s.v. Themistius P.W. n. s. V p. 1652. <sup>9)</sup> Rose Hermes II p. 195. <sup>10)</sup> Ibid. p. 195; Ueberweg-Praechter Philos. d. Altert.<sup>12</sup> p. 657; Sophon. ψ 1.21; Wendland C.A.G. V 6 p. X.

phraseon instituit: verba enim Aristotelis paene integra describit, hic illic commentationibus interpositis quas aliunde plerumque sumpsit <sup>1)</sup>. Quo tempore et ubi vixerit auctor incertum est. Si autem (ut coniecit V. Rose <sup>2)</sup>) Sophonias noster idem est, quem Georgius Pachymeres commemorat, aequalis Theodori fuit. Anno enim fere 1292 Sophonias, ὁ ἱερομόναχος, ἀνὴρ σοφὸς τε καὶ συνετός, ab imperatore Andronico legatus in Apuliam missus est <sup>3)</sup>. Cum eodem fere tempore (anno circ. 1294) Theodorus Metochites et Ioannes Glycys, οἱ κρείττους τῶν τηρικαῦτα σοφῶν, ut ait Nicephorus Gregoras <sup>4)</sup>, ab eodem imperatore eandem ob rem legati in Armeniam missi sint, verisimile est Sophoniam illum monachum Theodoro haud ignotum fuisse. Quod vero ad scripta illorum attinet, lucubrationes Sophoniae in librum De somno et paraphrasis Theodori multum inter se differunt, ut singuli loci inter se comparati docent. Itaque alterum alterius opus ignorasse veri est simile.

Nihilominus uterque ex eodem libro velut fonte hausit, ex Michaelis Ephesii commentario scilicet. Quod Sophoniam fecisse firmissimis argumentis comprobavit Wendland <sup>5)</sup>; Theodorum quoque ex illo fonte agrum suum irrigasse ex adnotationibus meis cuiusvis satis apparebit. Quod vero paraphrasin, non commentarium scripsit, in eo imprimis Themistium secutus est: easdem quas ille regulas adhibuit.

Inconditum dicendi genus, quo in aliis scriptis usus est Theodorus, magniloquentiamque omnes vituperant. Satis erit ex vituperatorum numero duos eligere, quorum Nicephorus Gregoras, discipulus eius, haec dicit <sup>6)</sup>:

Ἐν τι μόνον ἴσως αὐτοῦ καταμέμψαιτό τις, ὅτι πρὸς οὐδένα τῶν πάλαι ῥητόρων ἀναφέρειν βεβούληται τοῦ τῆς αὐτοῦ γραφῆς χαρακτῆρος τὴν μίμησιν, οὐδ' ἰλαρᾶ τινι καὶ μειδιώσῃ γλώσσῃ τὸ τῆς διανοίας παραμυθεῖσθαι ἐμβριθές, οὐδὲ τὸ τῆς φύσεως πάνυ τοι γόνιμον χαλινῶ τινι κατέχειν προτεθυμεῖται · ἀλλ' ἰδιοτροπία τινὶ καὶ αὐτονομία φύσεως κατακολουθήσας χειμῶνά τινα καὶ θάλατταν γλώττης προίσχεται · κἀντεῦθεν ἀμύσσει καὶ κνίζει τῶν ἐπιόντων τὴν ἀκοήν, καθάπερ τὴν τῶν τρυγόντων παλάμην ἢ περὶ τὸ ῥόδον ἄκανθα”.

Tycho vero Mommсен, in libro quem de Praepositionum Usu composuit, haec habet <sup>7)</sup>: „Charakteristisch für Theodor Metochita sind die Verstärkungen sowohl von σύν als von μετὰ durch ein hinzugefügtes ἅμα, ὁμοῦ, κοινῆ, κοινῶς, ἐν κοινῶ, wie denn das cumulative Element überhaupt eine grosse Rolle bei ihm spielt. Denn obwohl er sich durchweg einer verhältnissmässig grossen sprachlichen Correctheit befleissigt, ja, sehr belesen und hochgelehrt wie er ist, spezifische Attizismen wie ἀμγγέπη, πλεῖν = πλεόν, ἄττα und ἄττα, ἀτὰρ einzustreuen liebt, schreibt er doch — in sehr verunglückter Nachahmung der Periodologie

<sup>1)</sup> Verba ipsius Aristotelis, disiecta membra Michaelis commentarii (quem solum secutus est Sophonias, et quem ad verbum saepe describit), pauca additamenta auctoris aptissime distinxit Wendland in editione Paraphr. in Parva Natur. C.A.G. V 6. De re cf. Sophon. Prooem. in De anima, Rose p. 209.

<sup>2)</sup> Op. laud. p. 212; Cf. Wendland C.A.G. V 6 Praef.; K. Praechter P.W. n. s. III 1099 s. v. Sophonias. Ad locos a Rose collatos accedit Vat. gr. 241 (S. XIV) f. 6 et Marc. gr. 203 f. 230r (S. XIV ed. Usener in Rh. Mus. XX, 1885, p. 135), ubi inter comm. in libr. De anima nominatur ὁ μοναχὸς Σοφονίας (C.A.G. XVIII 3 p. V). Alibi Soph. non memoratur, cf. Anecd. Hierosolym. C.A.G. III 1 pp. XVII sqq.

<sup>3)</sup> Pachym. ed. Bonn. II p. 202.9, cf. ib. p. 841. <sup>4)</sup> Hist. VI 8 ed. Bonn. pp. 193.22 sqq.

<sup>5)</sup> C.A.G. XXII. 1 p. VIII; C.A.G. V 6 p. VI sqq. Rem iam vidit W. A. Becker Ar. De somno et vigilia etc. Lips. 1823 p. XVIII; contra: Freudenthal Rh. Mus. 1869 p. 89. <sup>6)</sup> Ed. Bonn. loc. laud. p. 272.6 sqq.

<sup>7)</sup> Beiträge z. d. Lehre v. d. Gr. Praepositionen Berlin 1895 p. 489.

eben dieses Attizismus — einen höchst schwerfälligen, bis zur Unverständlichkeit verschrobenen Stil, der durch unnatürliche Wortstellung, durch eingeschobene Flick-adverbien und Flickphrasen, wie ἀμέλει, λοιπόν, πᾶς ἀνάγκη, πῶς ἂν εἴποι τις; ταῦτα (als Adv. zu Anfang des Satzes), durch cumulative Adjectiva und Adverbien, namentlich aber durch überlang gezwirnte Perioden den Leser ebenso sehr stört wie ermüdet" <sup>1)</sup>).

Introductionem in Commentaria qui legerit statim reperiet illa iudicia vera esse. Sermone tumidiore et illic utitur, vocabulis quibusdam novam vim attribuit, omnis denique generis difficultates lectori affert. Sed ubi sermone facili opus est, ubi Aristotelis tenebris lumen adhibere vult, verbis planis ac perspicuis utitur, periodisque longis quidem, non tamen obscuris. In commentariis, quae adire potui (De somno, De insomn., De div. p. somn., Phys. A), vocabula ἀμέλει, ἀμηγέπη, κομιδῆ, πλεῖν, quibusque alibi flosculis abutitur, paene nusquam inveniuntur. Praepositio σύν, quae frequenter in Theodori Miscellaneis legitur, bis in solo Prooemio, in commentariis, quae enumeravi, semel tantum apparet (vide Adn. ad p. 13.9.) Denique copiam verborum, qua commentatores paraphrastaeque utuntur, suam facit, ut singulis locis indicavi <sup>2)</sup>. Nonnulla etiam ex sermone Aristotelis vel Platonis deprompta sunt <sup>3)</sup>, nonnulla inde a Pselli aetate in usu erant <sup>4)</sup>, valde pauca auctoris sunt propria <sup>5)</sup>.

Codices quibus usus sum sunt hi:

- V Vaticanus Graecus 303 (olim 665), saec. XIV. Descripserunt J. Mercati et P. F. de' Cavalieri in Catal. codd. Vat. Gr. I Romae 1923 p. 438. Continet Prooem. ff. 1<sup>r</sup>—2<sup>v</sup>, Paraphr. in De somno ff. 305<sup>r</sup>—312<sup>v</sup>.
- L Laurentianus Plut. gr. 854, saec. XV. Descripserunt A. M. Bandini Cat. codd. gr. Bibl. Laur. 1770 III p. 250 K. Krumbacher. Gesch. d. Byz. Litt. <sup>2</sup> p. 552. Continet Paraphr. in De somno ff. 229<sup>v</sup>—234<sup>v</sup>.
- R Vaticanus Reg. Suec. Gr. 118, a. 1548 Parisiis exaratus. Descripsit H. Stevenson Codd. Mss. Gr. Reg. Suec. etc., Romae 1888 p. 85. Continet Paraphr. in De somno pp. 752—769.
- M Marcianus Gr. 239, saec. XV<sup>m</sup>. Bessarionis (1395—1472) olim fuit (qui propria manu in prima pag. scripsit: „βιβλιον ἐμοῦ Βησσαρίωνος καρδηγάλεως τοῦ τῶν Τούσκλων“). Descripsit K. Sathas Μεσαιωνικὴ Βιβλιοθήκη A p. οζ' sq. Cf. H. O mont Inventaire des Mss. Grecs et Latins donnés à Saint-Marc de Venise par le Cardinal Bessarion (1468) in: Revue des Bibliothèques IV (1894) pp. 129—187. Continet Paraphr. in De somno ff. 290<sup>r</sup>—296<sup>r</sup>.
- H Versio Latina Gentiani Herveti. Usus sum editione III<sup>a</sup>, quae Ravenna anno 1614 prodiit. Paraphr. in De somno continet pp. 502—512.

Specimen translationis sit initium:

*Postquam absolvit librum de memoria et reminiscencia deinceps proponit considerare de somno et vigilia. Hoc ergo in prooemio statim dicit esse considerandum, quatenus haec sint, et utrum propria animae an corporis, an etiam amborum communia: et si sunt, inquit, communia, cuiusnam partis animae et cuiusnam sunt partis corporis, et ex qua causa sunt etiam utraque in animalibus: et utrum omnia animantia habent utraque, nempe somnum et vigiliam, an alia quidem habent*

<sup>1)</sup> Cf. etiam J. Bloch. Specimina operum Theod. Met. Hauniae 1790 p. 32; C. G. Müller-M. Th. Kiessling. Th. Met. Miscell. Lipsiae 1821 p. V sqq.; Krumbacher p. 551; M. Treu Byz. Zeitschr. VIII (1899) p. 32. <sup>2)</sup> e.g. 13.2, 3, 15, 35; 14, 9, 25, al. <sup>3)</sup> e.g. 13.13, 16, 27, al. <sup>4)</sup> e.g. 13.31 al. <sup>5)</sup> In Phys. A nulla, in De ins. et De div. p. s. quaedam inveni.

*utraque, nempe somnum et vigiliam, alia autem eorum alterum. Cum his autem proponit quaerendum quid sit somnium et unde fiat et praeterea quamobrem aliqui quidem dormientes aliquando somniant, aliquando vero non: vel semper quidem somniant, non semper autem eorum meminerunt, et ex quam causa hoc accidit: et utrum hinc contingit futura praevidere, an non, et quam ratione contingit per somnia praevidere et futura divinare; et utrum quae sint ab aliquo agenda praevidentur, nempe quae sunt libero arbitrio et voluntate suscipienda, an ea etiam quorum natura est causa, nempe ea quae propter naturam contingunt et fiunt, et quorum causa est fortuna et casus, et neque libero arbitrio neque secundum naturam accidunt.*

Artissima familiaritate coniuncti sunt Codd. VLRH. Codex optimus, vel potius primus inter pares est V, quocum L perpaucis corruptelis neglectis fere semper consentit.

Saepius peccat R, qui et vitia quaedam et lacunas praebet. Aliquo libro qui R similis fuit usus est *Gentianus Hervetius* ad versionem constituendam.

M saepius discedit, variasque lectiones plerumque minoris momenti praebet.

Libri quibus memoria huius opusculi conservata est, tam bonae notae videntur ut nonnisi raro opus sit medelis. Quisquillas quasdam, quae ad orthographiam praesertim attinent, adnotare nolui. Accentus ad nostram consuetudinem adaptavi.

Reliquos codices, in quibus *Metochitae Paraphrasis* in *Librum De somno* continetur, videre mihi non contigit.

Sunt autem hi:

*Vaticanus* Gr. 301 apographum cod. Vat. Gr. 303. Vide *Mercati-de' Cavalieri* op. laud. pp. 437—8.

*Escorialensis* Gr. Φ-I-17, a. 1542. Vide *E. Miller* *Catal. des Manuser. Gr. de la Bibl. de l'Escorial* p. 152.

*Parisinus* Gr. *Bibl. Nat.* 1934, saec. XVI, ff. 376<sup>v</sup>—385<sup>r</sup>. Vide *H. Omont* *Inventaire Sommaire des Mss. Gr. de la Bibliothèque Nationale, Paris 1888* II p. 167.

*Parisinus* Gr. *Bibl. Nat.* 1935, saec. XV, ff. 8<sup>r</sup>—14<sup>v</sup>. Vide *Omont* II p. 167.

*Codicum Bavariensium* (LXXIII, LXXIV, CXL, CXLII, CXXXIX), quos *G. Chr. Harles* in ed. 4<sup>a</sup> *Bibliothecae Graecae J. A. Fabricii* affert (III pp. 227 sqq., X p. 414) ne vestigia quidem invenire potui.

##### 5. *Quid codices, versiones, commentaria, editiones ad textum constituendum valeant.*

###### a) *De codicibus graecis versionibusque.*

Codices in duas familias dividi posse iam supra memoravi. Alterius familiae (II) omnium librorum vetustissimus cod. Paris. 1853 (E) agmen ducit, sed Y et, quem addidimus, V<sup>1)</sup> tam arta adfinitate cum eo coniuncti sunt, ut ex eodem atque illum fonte manavisse eos in aperto sit<sup>2)</sup>.

<sup>1)</sup> Διορθωτής nescioquis hunc codicem adhibito etiam alterius recensiois libro hic illic correxit (V<sub>2</sub>): cf. 453b16; 454a4; 455a29, b31; 456b13; 457b3, 15, 26, 28; 458a18. <sup>2)</sup> Quisque sua vitia habet: E 455b6; 456a13; V 453b20; 454b11; Y 453b12; 454a21, b 19, 31, 32; 455a17; 457a13, b13; 458a22, 31. Codicem Y apographum esse ipsius codicis E, ut *Biehl* p. XI suspicatus est, ego non puto (cf. e.g. 453b24; 454a14, b4; 455b20; 457b12, 28).


Alterius familiae ( $\Phi$ ) longe primus est L, qui cum in aliis Aristotelis scriptis recensionem codicis E tueri soleat <sup>1)</sup> hic alteram recensionem sequitur.

Eodem ex fonte, ni fallor, deterior traditio derivata est, videlicet cod. N, qui nonnullis locis solus cum L congruit <sup>2)</sup>, et ed. Ald., cuius editor codice, qui N similis fuit, et hic illic prioris recensionis libro est usus <sup>3)</sup>. N et Ald. nonnulla menda habent, quae enumerare nihil refert.

S et U ex communi fonte ortos esse W. Jaeger est suspicatus <sup>4)</sup>. Re vera saepe congruunt <sup>5)</sup>. S multa vitia orthographica habet. Huius generis codice nititur vetus translatio ( $\Gamma^1$ ) <sup>6)</sup>. Hanc translationem Guillelmus de Moerbeka, ut supra iam dixi, multis locis correxit, codice adhibito, qui saepe cum familia  $\Phi$  conspirat, aliquoties vero cum  $\Pi$  <sup>7)</sup>. Codex ille quo usus est Guillelmus eis exemplaribus unde Michael et Sophonias hauserunt non dissimilis fuit.

Codicem M mixtae esse naturae iam supra p. IX diximus. Quisquiliis omissis septuagies cum  $\Pi$  congruit, tricies et quinquies cum  $\Phi$ , semel cum E, semel cum L, quater cum SU, bis cum S, quinquies cum U. Praeterea audacibus eum mutationibus corruptum esse statim apparet <sup>8)</sup>.

b) *De commentariis graecis.*



A Michaele Ephesio <sup>9)</sup> ceteri, Sophonias et Theodorus Metochites et, nisi fallor, Georgius Pachymeres <sup>10)</sup> pendent; e Theodori paraphrasi Gennadius Scholarius compendium excerpsit. Eorum alium alio Aristotelis codice usum esse, manifestum est.

Qui principem locum obtinet, Ephesius Michael, codicem sive codices familiae  $\Phi$  adhibuit. Cum lemmatum lectiones semper cum eiusdem recensionis codicibus congruant, dubium non est quin Michael eorum quoque auctor sit. E.g. Mi<sup>l</sup>. 42.2 (453b11)  $\Phi$ ; Mi<sup>c</sup>. 42.5 (453b19)  $\Phi$ ; Mi<sup>l</sup>. 42.9 (453b24) S; LSUF; Mi<sup>p</sup>. 42.16 (453b27)  $\Phi\Gamma$ ; Mi<sup>l</sup>. 43.2 (454a2) LN; Mi<sup>p</sup>. 43.3 (454a6) M $\Phi$ V<sub>2</sub>; Mi<sup>p</sup>. 43.23 (454a10) LN; Mi<sup>l</sup>. 44.6 (454a18) EYLNSI<sup>2</sup>; Mi<sup>c</sup>. 44.11 (454a21)

<sup>1)</sup> e.g. a) in De caelo, cf. Allan Class. Quart. XXX p. 16: „If L was directly copied from E, it must, I think, have been at a time when many of the original readings of the latter had already been obliterated by rash correctors. We can still in some cases use L to reveal an erased word of E<sub>1</sub>. But much more often L is a fickle companion, which deserts its leader at the time of crisis. b) in Meteor. cf. Fobes p. XXXI c in De anima lib. III, cf. Hicks De anima p. LXXIII <sup>2)</sup> Cf. 453b22, 30; 454a2, 10, 17, 24, b20, 25, 26; 455a15, 29, b1, 9, 10; 456b12, 26, 30; 457a10. 19, 28, b6, 23, 28; 458a2, 12. <sup>3)</sup> Cf. 453b13, 16; 454a2, 6, b28 etc. <sup>4)</sup> Arist. De anim. mot. pp. XV sq. <sup>5)</sup> 454a2, 12, b30; 455a5, 17, 25, 29, 31, b11; 456a8, 9, 21, 33, b11; 457a8, 13; 458a18. <sup>6)</sup> Cf. 454a14 (U), 18 (S); 455a25 (SU); 456a15 (SU); 457a13 (NSU), 20 (U); b4 (NSU), 25 (SU). Cum IIM congruit 453b28; 454b10, 16 (ubi  $\Phi$  lacunam habet), 455a2. <sup>7)</sup> 453b20 (IIL sive N Ald.); 454a14 (EMSo.), 19 (EYLSMi<sup>l</sup>); v.l. 454a27 (Mic.) 455a6 (LNSSo.), 20 (IIM), 25 (IIMLN So.), 31 (NSU), 33 (LNS So.); 455b34 (Mic.); 456a15 (IIMLN So.); 456b20 (USo.), 26 (LN); 457a20 (MS), 26 (IIM), 28 (LN); 457b28 (E<sub>1</sub>ML), 30 (IIM), 31 (IIM So.). <sup>8)</sup> Additamenta habet 453b25; 454a14, 23; 456b1, 12, 16; coniecturas (ni fallor) 454b2, 15; 455a7, 16; 456a10, 17, 33; varias lectiones 455a10; 457a29; transpositiones 454b25, 26; 456b8; 457a15, 20; lacunas 454a5; b3, 22; 455a21; b34; 456a8; b9, 13; 457b17; 458a13, 26; corruptiones 454a15, 24, 25, 26, 33; b14; 455a29, b13, 34; 457a22, 24; b12; 458a4. <sup>9)</sup> Michaelem sacc. XI ineunte floruisse, Pselli discipulum non fuisse demonstravit K. Praechter Michael von Ephese und Psellos, Byz. Zeitschr. XXXI 1931 pp. 1 sqq. Cf. insuper Id. Gött. Gel. Anz. 1906 pp. 879 sqq.; Byz. Zeitschr. XVIII 1909 pp. 535 sqq.; O. Immisch Arist. Politica<sup>2</sup> Lips. 1929 pp. XVII sqq. <sup>10)</sup> Textum graecum non vidi, cf. supra p. IX.



MNSUΓ; Mi<sup>p</sup>. 45.23 (454a32) ΥΦΓ; Mi<sup>p</sup>. 46.1 (454b4) ΜΦΓ; Mi<sup>c</sup>. 46.15 (454b26) LNS; Mi<sup>l</sup>. 48.27 (455a31) LNUΓ; Mi<sup>l</sup>. 49.20 (455b22) ΦΓ; Mi<sup>l</sup>. 50.6 (455b25) LNS; Mi<sup>c</sup>. 50.11 (455b27) LUΓ; Mi<sup>c</sup>. 50.17 (456a2) LSU; Φ; Mi<sup>p</sup>. 52.6 (456a33) VSU; Mi<sup>p</sup>. 54.6 (456b30) LN; Mi<sup>p</sup>. 55.9 (457a13) ΜΦΓ; Mi<sup>p</sup>. 55.10 (457a13) NSU; Mi<sup>p</sup>. 56.19 (457b3) LN (γρ.Υ); Mi<sup>p</sup>. 56.29 (457b4) NSU; Mi<sup>l</sup>. 57.1 (457b6) ΜΦ; Φ; Mi<sup>p</sup>. 58.4 (457b23) Φ; Mi<sup>l</sup>. 58.10 (457b28) Φ (cf. Mi<sup>p</sup>. 58.12).

Qui loci huic commentario cum recensione Π communes sunt, parvi sunt momenti: Mi<sup>p</sup>. 49.28 (455b23) ἡ γὰρ ἐγγήγορος τέλος Π (τὸ τέλος ΦSo.); Mi<sup>p</sup>. 54.3 (456b29) resp. fortasse *καρηβαρίαν ΠΜΓ* (*καρηβαρεῖν Φ*); Mi<sup>p</sup>. 55.14 (457a16) *πνευματώδης ΥΕ<sub>3</sub>* (*πνευματώδες cett.*).

Lectiones quae nondum repertae sunt in codicibus <sup>1)</sup> sunt hae: Mi<sup>c</sup>. 42.18 (453b28) ἐπὶ τῶν φυσικῶν (ἐν τοῖς φυσικοῖς Ar.); Mi<sup>c</sup>. 45.31 (454b31) ἐν δὲ τοῖς φυτοῖς (τοῖς δὲ φυτοῖς Ar.); Mi<sup>c</sup>. 50.5 (455b24) τὸ δὲ βέλτιστον τέλος (τὸ δὲ τέλος βέλτιστον Ar.); Mi<sup>l</sup>. 50.6 (455b25) *πᾶσιν* (*ἐκάστῳ τῶν ζώων Ar.*); Mi<sup>c</sup>. 52.2 (456a20) *τινος om.*; Mi<sup>c</sup>. 53.9 (456b13) *τινα om.*; Mi<sup>c</sup>. 56.25 (457b1) *σύνοδος τίς ἐστι* (Ar. *ἐστὶ σύνοδος τις*); Mi<sup>l</sup>. 58.21 (458a10) *πεφθῆ καὶ om.*

Cum Γ<sup>2</sup> congruunt loci hi: Mi<sup>c</sup>. 44.17 (454a26) v.l. *ἐν ὅσῳ δύνανται τι ποιεῖν*; Mi<sup>c</sup>. 57.15 (457b11) *μὲν om.* (sed legit Mi<sup>l</sup>).

S o p h o n i a s non modo cum Michaelis commentario, verum etiam cum utriusque recensiois libris conspirat. Nam nonnullis locis cum familia Φ congruit, e.g. 17.5 (453b16) ΦV<sub>2</sub>Γ; 17.16 (453b29) MNSU; 17.21 (454a2) SU; 18.6 (454a10) ΠMSUΓ; 18.9 UΓ; 18.27 (454a30—31) lac. c. Φ; 19.29 (455a2) ΦΓ; 19.31 (455a4) ΦΓ (om. ΠΜ); 19.32 (455a6) LNSΓ<sup>2</sup> (om. cett.); 20.15 (455a20) ΦΓ<sup>1</sup>; 21.2 (455a33) LNSΓ<sup>2</sup>; 21.18 (455b12) LSU; 21.19 (455b12) ΦΓ; 21.30 (455b17) ΦΓ (om. ΠΜ); 22.1 (455b23) ΜΦ; 22.17 (456a2) ΠΜΓ; 23.15 (456a28) Φ; 24.5 (456b8) ΦΓ; 24.21 (456b20) UΓ<sup>2</sup>; 24.33 (456b29) Φ; 26.11 (457a26) Φ; 26.28 (457b8) LU; 27.31 (458a3) Φ; 28.15 (458a23) ΦY<sub>2</sub>; LNS.

Contra haud raro alterius recensiois lectiones respicit, e.g. 17.7 (453b18) ΠΜ; 18.8 (454a12) ΠΜ; 19.12 (454b16) ΠΜΓTh. (om. Φ); 19.13 (454b18) ΠΜ; 19.22 (454b28) om. c. Π; 20.11 (455a15) ΠΜ; 22.6 (455b27) ΠΜ; 22.23 (456a10) Π; 24.21 (456b20) ΠΜ; 25.13 (457a10) ΠΜ; 26.27 (457b6) Π; 27.19 (457b24) ΠΜΓ; 27.26 (457b31) ΠΜ (om. ΦΓ).

Varias lectiones Sophoniae enumerare in animo non habeo. Nam permultis locis Aristotelis verba mutat (e.g. 453b11 *σκοπητέον* pro *σχεπτέον* scribit), et nonnumquam Aristotelis sententias paucis tantum verbis libere reddit, vel contra philosophi verba additamentis nonnullis adiectis explanare conatur. Itaque nullo modo decerni potest, utrum exemplum aut exempla eius lacunas vel additamenta atque glossemata praebuerint, an auctor opus ipse suum negligenter perfecit <sup>2)</sup>).

Eodem modo T h e o d o r u s quoque M e t o c h i t e s lectiones utriusque recensiois respicit.

Cum recensione Φ congruit his locis <sup>3)</sup>: 13.5 (453b13) ΜΦ; 13.10 (453b18) Φ; 13.10 (453b18) ΦΓ; 13.17 (453b25) LSUΓ Mi<sup>l</sup>.; 13.19 (453b28) MNSUSo.; 13.20 (453b30) LN; 13.28 (454a6) ΜΦV<sub>2</sub>Γ<sup>1</sup> Mi<sup>p</sup>.; 14.22 (454a30—31) ΦΓ<sup>1</sup>So.; 14.36 (454b10) LNSMi<sup>c</sup>. So.; 14.39 (454b15) Φ; 15.1 (454b17) N; 15.20 (455a5) ΦΓSo.Mi<sup>p</sup>.; 15.21 (455a6) LNSΓ<sup>2</sup>; 16.31 (455b15) ΦMi<sup>l</sup>.; 17.20 (456a4)

<sup>1)</sup> Mi<sup>l</sup>. 44.24 (454a26) post *ὑπερβάλλη* inserendum est *τὸν χρόνον*, cf. ΜΦΓ<sup>1</sup> et mox Mi<sup>c</sup>. 45.15.

<sup>2)</sup> Manifestae sunt lacunae his locis: 454a13 sq. *ἐν τοῖς ἔχουσι σώμασι ζώῳν*, cum edd. vett.; 454a30—31 *καὶ τοῦτο ἐν ὑπερβάλλη ὅσον ἦν χρόνον δυνάμενον αἰσθάνεσθαι συνεχῶς*, cum Φ; 457a29 *καὶ ἔστι τρόπον τινα ὁ ὕπνος ἐπιληψίς* cum M.

<sup>3)</sup> locus dubios, ubi Th. aliis pro auctoris ipsius verbis positus lectionem quandam tueri videtur, omitto.

Φ; 17.27 (456a9) SU; 17.33 (456a13) SUP<sup>1</sup> M<sup>1</sup>; 18.15 (456a33) Φ; 19.2 (456b24) N; 19.11 (456b29) LNS So. Pa.; 20.3 (457a19) N; 20.31 (457b8) NΓ; 20.31 (457b8) M<sub>1</sub> Φ; 21.11 (457b19) MΦΓ<sup>2</sup> M<sup>1</sup>; 21.18 (457b25) N; 21.19 (457b24) LNS; 21.22 (457b28) MΦV<sub>2</sub>; 21.25 (457b32) MΦSo.; 21.32 (458a3) ΦSo.; 22.1 (458a12) LN; 22.14 (458a22) ΦΓ; 22.16 (458a23) ΦY<sub>2</sub>So.

Cum codicibus recensiois Π congruit: 13.3 (453b11) ΠM; 14.39 (454b16) ΠM (om. Φ); 15.1 (454b18) ΠM So.; 16.39 (455b20) Π; 18.7 (456a20) ΠM; 18.17 (456b1) ΠM; contra LN(S) cum ceteris codicibus conspirat: 15.27 (455a15); 16.31 (455b16); 17.9 (455b25); 17.31 (456a11); 22.17 (458a23). Cum codice V congruit 16.35 (455b16); 17.19 (456a3); cum Γ<sup>2</sup> 14.39 (454b15).

Lacunas quasdam habet: 454a30—31 cum Φ So.; 454b5—7 (vide adnotationes); 456a27—29; 457a9 cum M So.; 458a5—8.

Quid denique commentaria graeca ad textum constituendum iuvent paucis verbis comprehendere licet. Usi sunt commentatores quibusdam Aristotelis textus exemplaribus, quae adhuc plerumque ignota nobis sunt, nam interdum cum codicibus melioribus recensiois Φ congruunt, saepe cum deterioribus, nonnumquam alias lectiones praebent. Michael Ephesius (et Guillelmus de Moerbeka) libros eiusdem recensiois contulerunt, qui ad 454a26 variam quandam lectionem in margine habuerunt, quae a codicibus nostris abest.

Codices nostri, quibus altera recensio (Π) nititur, minus inter se differunt quam ei libri quibus familia Π continetur, sed cum Sophonias ubique eorum consensum respiciat, Theodorus duobus locis cum V congruit.

Variae lectiones, quas commentatores afferunt, parvi quidem pretii sunt aestimandae. Semel tantum (454a26) Michaellem secutus sum, bis (456a8 et 9) Sophoniam, nusquam Theodorum.

### c) De editionibus

De editione *Aldina*, a. 1497, iam egi<sup>1)</sup>. Cum deterioribus codicibus familiae Φ plerumque congruit, paucis locis cum Π. Editio *Iuntina*, a. 1527, per Nicolaum Leonicum Thomaeum<sup>2)</sup> curata, et editiones *Basileenses* tres (1531, quam non vidi, 1539, 1550) paucis tantum locis exceptis omnino eodem fundamento, editione videlicet *Aldina*, nituntur, nisi quod editio *Basil.* tertia (1550) prima capitum divisiones titulosque graecos exhibet.

Nonnumquam textum vetustiorum editionum *Ioannes Baptista Camotius* (qui ed. *Aldina* altera, a. 1553, curavit) feliciter emendavit, codicibus recensiois Φ (ut 453b16, 454a14, 454b18 al.) et Π (455a7 al.) adhibitis.

Editionem *Guillelmi Morellii*<sup>3)</sup>, a. 1556, quae admodum raro in bibliothecis

<sup>1)</sup> Supra p. XXVII.

<sup>2)</sup> „Le premier professeur qui lut en chaire les traités d'Aristote dans le texte grec fut Léon Thomas à Padoue, ainsi que le dit Camus d'après Tiraboschi". M. Schwab Bibliogr. d'Aristote p. 10. Idem Thomaeus librum *De Somno* denuo in latinum sermonem convertit. Ad hanc versionem conficiendam usus est alio codice manuscripto, ut statim initio patet:

Aristoteles	Translatio Thomaei	Editio Iuntina Thomaei
περὶ δὲ ὕπνου καὶ ἐγρη- γώρσεως (ἐπι)σιεπτέον τίνα τε τυγχάνει ὄντα, καὶ πότερον ἴδια τῆς ψυ- χῆς ἢ τοῦ σώματος κτλ.	<i>De somno et vigi- lia consideremus oportet, primum quod (?) sint, et utrum animae an corporis propria sint, etc.</i>	περὶ δὲ ὕπνου καὶ ἐγρη- γώρσεως, τίνα τε τυγχάνει ὄντα, καὶ πότερον, ἢ διὰ τῆς ψυχῆς, ἢ τοῦ σώματος κτλ.

De hac translatione (usus sum ed. Acad. III p. 234b sqq.), quae haud magni pretii aestimanda est, vide Freudenthal Rh. Mus. N.F. XXIV 1869 p. 92. <sup>3)</sup> Hanc editionem descripsit R. Shute Anecd. Oxon. Class. Series I 3 p. 155.

invenitur, inspicere non potui, sed ex adnotationibus, quas Fridericus Sylburg editioni suae adiecit, lectiones illius cognovi. Non modo codices manuscriptos denuo excussit, verum etiam versione latina, nova scilicet, adhibita textum graecum emendare conatus est (cf. 454a21, 27; 455b34; 457a26).

Pauci Fridericus Sylburg in editione sua a. 1596 mutavit, nihil fere Casabonus (1590). Editio denique, quae anno 1610 nomine I. C. Scaligeri<sup>1)</sup> prodiit, tam similis est Sylburgianae, ut eam Scaligero, qui anno 1558 mortuus est, abrogandam esse existimem.

Anno 1823 Lipsiae prodiit editio quam curavit W. A. Becker<sup>2)</sup>. Cum ad textum constituendum imprimis editiones veterrimas adhibuerit, persaepe textum in deterius mutavit. Lectiones, quas e codicibus a Christophoro Mauritio<sup>3)</sup> collatis communicavit, afferre nolui, quoniam nihil novi praebent.

Immanuel Bekker sex codices contulit, quos litteris ELMSUY designavit<sup>4)</sup>. Eclectica ratione ita sapienter et considerate usus est, ut textus huius libelli ab illo constitutus inter optimos ducendus sit.

Post Bekkeri editionem nihil fere novi adtulerunt Ulco Cats Bussemaker, qui anno 1854 editionis Didotianae Aristotelis Vol. III (pp. 500—506) et W. S. Hett, qui anno 1935 editionem bibliothecae cui nomen est „The Loeb Classical Library” vol. 228 pp. 312—339 curavit.

De editione Teubneriana, quae anno 1898 prodiit, infra agam.

#### 6. De huius editionis ratione

Qui postremus Parva Naturalia edidit, W. Biehl ita iudicat: „Duas in familias codices, ut fere quaeque pagina ostendit, discedunt, quarum prioris sunt codd. EMY, alterius LSU; differunt autem ita, ut posteriores multis locis verba, quae in prioribus incondita et obscura leguntur, expolita magis et aperta exhibeant. Inde si quis, ut quae in his libellis doceantur facile intelligat spectat, ad lectiones secundae familiae proclivior erit; contra si quis, ut manum ipsius Aristotelis restituat sibi proponit, priorem familiam anteponendam esse existimabit. Neque enim ille lenociniis orationis studebat et cum rerum ingentem vim quaestionumque difficillimas spinas animo volveret, non ubique ei contigit, ut quae sentiret aperta et perspicua oratione eloqueretur. Dissensus autem duarum familiarum is est, ut non liceat varias lectiones contaminare, sed unius familiae fidem et auctoritatem sequi cogamur”<sup>5)</sup>, et mox: „... codices EMY duces quoad fieri potuit secuti sumus, flocci facientes si quo loco receptis lectionibus prioris classis oratio paulo salebrosior et rudior fieret quam hucusque vulgabatur. Quamquam alteram familiam neque prorsus negleximus neque plane sprevimus”, etc.<sup>6)</sup>.

Haud dubiis verbis Wendland has opiniones damnat<sup>7)</sup>. „Mit allgemeinen Betrachtungen,

<sup>1)</sup> Iulii Caesaris Scaligeri de Insomniis commentarium in librum Hippocratis denuo nitori suo restitutus et in lucem editus... accessit in fine Aristotelis de somno et vigilia, insomniis et divinatione libellus, Giessae Ex officina Typogr. Chemliniana MDCX.

<sup>2)</sup> Aristotelis De somno et vigilia De insomniis et Divinatione per somnum libri ad codd. et edd. vett. fidem recensuit atque illustravit Guilielmus Adolphus Becker, Lipsiae 1823.

<sup>3)</sup> Vide eius praefatio p. XIII.

<sup>4)</sup> Pro fundamento ei fuit editio Bas.<sup>3</sup> ex qua lectiones quasdam retinuit, e.g. 453b15 αὐτῶν ἀμφοτέρων al. cf. Torstrik Die Authentica der Berliner Akademieausgabe, Philol. XII (1857) p. 508.

<sup>5)</sup> Aristotelis Parva Naturalia edidit W. Biehl, Lipsiae in aed. B. G. Teubneri 1898 pp. VII, VIII.

<sup>6)</sup> ibid. p. IX.

<sup>7)</sup> P. Wendland Die Textkonstitution der Aristotelischen Schrift Περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, Festschrift für Gomperz p. 184. Editionem Teubnerianam summis laudibus effert G. R. T. Ross Aristotle De Sensu and De Memoria, Cambridge 1906 pp. VII sq.

inquit, wie Biehl S. VII, VIII sie anstellt, ist nicht geholfen; gerade sie haben ihn in einzelnen Fällen irre geleitet." *Libris alterius recensionis iam qui commentarium in librum De sensu confecit, Alexandrum Aphrodisiensem (saec. II p. Chr. n.) usum esse satis constare*<sup>1)</sup>, hanc igitur recensionem perantiquam magni aestimandam esse argumentis haud spernendis probat<sup>2)</sup>. Eclectica ratione utendum esse, si quis genuinum textum restituere velit, monet alibi<sup>3)</sup>.

Sed ad textum libelli De somno constituendum magna auctoritas Alexandri nobis deest: cum eorum commentariorum, quae habemus, auctores aequales sint librariorum qui ipsum textum exaraverint, ex eorum scriptis admodum pauca ad textum constituendum discere possumus, ut iam supra memoravimus<sup>4)</sup>.

Prioris familiae antesignanum E multum valere inter omnes fere constat; eundem nonnullis vitiis laborare satis est notum.

H. Bonitz hunc codicem ut in libris physicis eximiae, ita exiguae esse in metaphysicis fidei dixit<sup>5)</sup>. At contra praestantiam eius agnoscunt *Metaphysicorum editores recentiores W. Christ*<sup>6)</sup> et *W. D. Ross*<sup>7)</sup>. Quod ad *Physicorum libros* attinet: postquam *H. Diels*<sup>8)</sup> et *R. Shute*<sup>9)</sup> magnam codicis E auctoritatem labefactaverunt, *H. Carteron*<sup>10)</sup> et *W. D. Ross*<sup>11)</sup>, qui postea libros *Physicarum* ediderunt hunc codicem magni quidem aestimant, vitiis tamen eum laborare non negant<sup>12)</sup>. Eiusdem codicis fidei *D. J. Allan*, qui nuperrime libros *De caelo* edidit<sup>13)</sup> multum tribuit, vitia, errores, lacunas, coniecturas agnoscit. *J. Freudenthal*<sup>14)</sup> tamen et *W. Jaeger*<sup>15)</sup> codicis auctoritatem parvi pendunt.

